PRAXIS ARCHIEPISCOPALIS CVRIAE NEAPOLITANAE


IN QVA QVICQVID IN ALIIS ETIAM CVRIIS Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus frequentius occurrere ſolet, dilucidè continetur.

EPISCOPIS, VICARIIS, ADVOCATIS, cæteriſq; in foro Eccleſiaſtico verſantibus permaximè vtilis. Nunc primum in lucem edita.

AVTHORE

MARCO ANTONIO GENVENSE NEAPOL. V.I.D. Canonico Eccleſiæ Metropolitanæ eiuſdem Vrbis, & dictæ Curiæ Archiep. Aduocato Fiſcali.

CVM PRIVILEGIO.



NEAPOLI,
Apud Io. Iacobum Carlinum, Typographum Curiæ Archiep.
MDCII.

Digitized by Google

SANCTISSIMO
AC BEATISS. PATRI
CLEMENTI VIII.
PONT. MAXIMO

M. Antonius Cognomento Genuensis Neapolitanus, Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ dictæ Vrbis. Perpet. Felicit.



QVOD & Iurisprudentiæ studia felicissime colis, & eiusmodi literaturæ studiosos, qua tua est, tuoq; nomine digna clementia, foues potissimum ac tueris: in spem veni, Clemens Opt. Max. si hos meos De Iudiciaria huius Ecclesiæ praxi commentarios, ad sanctos istos pedes (quod nunc facio) prostratus offerrem, id à te munusculum clementissime susceptum iri. Eoq; magis adductus sum, vt id facere auderem, quòd me legisse meminerim, liberalitatem Virorum Principum virtutem propriam, non in dando solum, sed in accipiendo quoq; positam esse: idque munificentiæ genus augeri maximè, tum eius qui accipit, magnitudine, tùm eius, qui dat, tenuitate. Iamuerò cùm te consi-

 sideró,

Digitized by Google

sidero, hoc est Principem orbis terræ, Christi Vicarium summum, Ecclesiæ militantis Hierarcham maximum, stupeo maiestatem; deinde, cùm ad me ipsum oculos conuerto, tam abiectæ humilitatis adeò piget, miseretq;, vt nisi hoc tibi lucubrationis genus multis deberetur nominibus, animum vtique despondissem. At sanè debetur Archiepiscopalis fori praxis Episcoporũ Episcopo: Iudiciaria Tractatio Iudici in hoc orbe summo: Nostrarum legum, Ritus, vsusq; supremo legum latori, & gemini Iuris Consultissimo. Denique Neapolitanæ Ecclesiæ alumnus, & Amplissimi Card. Alphonsi Gesualdi humillimus cliens, cui nam opus hocce meum dicabo, nisi tibi S. P. qui tantum virum ad hanc sedem exornandam, hoc est fulgentiss. mum sydus ad huius Prouinciæ climata illustranda, è Romanæ Cathedræ firmamento direxisti. Eam ipsam igitur lucubrationem, videlicet primùm ingenij nostri fœtum lubens accipe Pater Optime, Pastor Maxime: statuesq; in hoc labore, quisquis tandem ille sit, nullum sanè quæri fructum vberiorem, quàm, vt tuæ Sanctissimæ Maiestati infimi hominis studia pernotescant. Deus Omnipotens Beatitudinem tuam diu sospitem seruet et incolumem. Neapol. die 4. Iulij 1602.

Digitized by Google

AVTHOR PIO LECTORI SALVTEM.

NE te diu in hoc vestibulo morer syncere Lector, institutæ lucubrationis rationem paucis accipe. Praxim Archiepiscopalem, huic libro titulum fecimus: tùm quod pleraq; omnia, quæ in ea dissertamus, ad praxim, vsumq; spectent sacrorũ Præsulum: tum quòd non ordinem modò iudicialem (de eo .n. Bernardum Diaz, Menochiũ, Follerium, Clarum copiosè eruditeq; scriptitãtes consulas velim) sed quæuis alia complexi sumus, quæ Canonici Iuris consultos, aut Ecclesiastici Fori Iudices quoque modo instituere, & ad rectum sacri iuris vsum dirigere posse arbitrabamur. Id an reipsa præstiterim, tuum esto iudicium mi Lector. Id te interim latere nolo, me in tam magna sæculi huius scriptorũ copia, hæc lucem aspicere nunquam passurum, nisi me amicorum cohortatio, & Roberti Genuensis optimi parentis, V.I.D. & iudicem in hac vrbe per 30. & eò amplius annos agentis integerrimè, iussio pœne dixerim, vrgeret. Vale.

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM PRAXIS.

Per D. Lauretum de Franchis ex Castro Sangri V. I. P.

DE excõmunicatione ad finem reuelationis, latè. Cap. I. p. 1

De his, qui reuelare, aut restituere tenentur. Cap. II. 29

De materia cap. Odoardus, de solutio, latè. Cap. III. 36

De absolutione à iuramento. Cap. IIII. 47

De absolutione ad cautelam. Cap. V. 44

De remissione clerici ad curiam ecclesiasticam latè. Cap. VI. 64

De clerico, an, & quando gaudeat priuilegio fori. Cap. VII. 68

De excommunicato puniendo ante annum. Cap. VIII. 75

De clerico post delictũ, vel relegatiõnem effecto laico, & è contra, & de familia ẽp̃i, an gaudeat priuilegio fori. Cap. IX. 78

De testibus laicis compellendis à iudice ecclesiastico, & quomodo. Cap. X. 82

De laicis offendentibus cursores Curiæ Archiepiscopalis, à quo sint puniendi. Cap. XI. 87

De executione facienda in bonis clerici, reconuenti coram iudice laico. Cap. XII. 89

De laicis fideiussoribus clericorum, à quo compellendi ad pœnam fideiussionis. Cap. XIII. 90

De sponso nolente cõtrahere matrimonium, quomodo compellendus. Cap. XIIII. 93

De muliere sequestranda, pendente lite super matrimonio, & à quo. Cap. XV. 95

De liquidatione instrumentorum contrà clericum, & obligatione per ipsum facta pœnes acta Curiæ secularis. Cap. XVI. 98

De visitatione Hospitalium priuatorum, & extauritarum. Cap. XVII. 101

De episcopo, quomodo debeat procedere contrà resistentes in visitatione, & ibi alia de excommunicatione pro detensione iurium ecclesiæ. Cap. XVIII. 103

De

Digitized by Google

CAPITVLORVM.

De procuratione recipiẽda ab ecclesijs ciuitatis. Cap. XIX. 105
De mercede notarij in visitatione. Cap. XX. 106
De visitatione latè. Cap. XXI. 109
De immunitate ecclesiarũ magis practicabilia. Cap. XXII. 119
De denuntiatione hæreticorum, & maleficorum latissimè. Capit. XXIII. 135
Deputata ad certos pios vsus, an, & quando possint in alios conuerti. Cap. XXIIII. 153
De dispensationibus matrimonialibus magis practicabilia. Capit. XXV. 169
De denuntiationibus ante matrimonium latè. Cap. XXVI. 173
De causis matrimonialibus, magis practicabilia. Cap. XXVII. car. 181
De excommunicatione, an, & quando suspendatur per appellationem. Cap. XXVIII. 193
De excõicatione plura magis practicabilia. Cap. XXIX. 201
De scriptura, quando requiratur in sententia excommunicationis. Cap. XXX. 217
De absoluto in foro conscientiæ an debeat molestari in foro exteriori. Cap. XXXI. 221
De excõicato perseuerante vltrà annum. Cap. XXXII. 222
De statuto episcopi excommunicante accedentes ad monasteria monialium exempta. Cap. XXXIII. 225
De carceratione clericorum, habilitatione, recomendatione in carceribus, & alia scitu digna. Cap. XXXIIII. 227
De modo procedendi in delictis de iure canonico, & de denuntiatore. Cap. XXXV. 243
De clericorum nobilium pœnis. Cap. XXXVI. 145
De concubinarijs. Cap. XXXVII. 238
De episcopo exercente iurisdictionem in aliena Diœcesi. Capitulo XXXVIII. 251
De clerico renuntiante clericatui; & ad quid potest se obligare. Cap. XXXIX. 253
De purgatione canonica, an possit indici, quando adsunt indicia sufficientia ad torturam. Cap. XXXX. 254
De potestate magistratuum laicorum latè. Cap. XXXXI. 257
De clerico agente coràm iudice laico cum protestatione latè. Cap. XXXXII. 267
De clericis deponentibus in iudicio seculari. Cap. XXXXIII. carte 273

De

De Implorationè brachij secularis. Cap. XXXXIIII. 277
De Fisco, si appellet. Cap. XXXXV. 279
De constituto in minoribus, quãdo teneatur deferre habitum. Cap. XXXXVI. 280
De cursoribus Curiæ Archiepiscopalis quam, fidem faciant. Capitulo XXXXVII. 281
De Domicilio clericorum, & quomodo declarentur Ciues Neapolitani. Cap. XXXXVIII. 282
De Curatore, an deberat interesse, quando clericus minor torquetur. Cap. XXXXIX. 284
De carceratis, tentantibus frangere carceres. Cap. L. 286
De Vicario episcopi, an possit reconciliare publicè pœnitentes. Cap. LI. 187
De alienante bona ecclesiæ saluo assensu Papæ, & ante assensum tradente possessionem. Cap. LII. ead.
De hæretico reconciliato, non admittendo ad audiendas confessiones, & quid in suspecto de hæresi, qui abiurauit. Cap. LIII. carte 289
De profanationè [illegible] Cap. LIIII. 291
De non regularibus deferentibus habitum regularium. Cap. LV. carte 293
De Capellano infirmo, an teneatur per alios celebrari facere. Cap. LVI. 295
De episcopo an possit facere gratiam, & de sententia Vicarij cum clausula salua moderatione Episcopo. Cap. LVII. 297
De episcopo prædicante in aliena Diœcesi. Cap. LVIII. 299
De potestate episcopi super regularibus magis practicabilia. Cap. LIX. 301
De miraculis aliqua scitu digna. Cap. LX. 313
De sacramentis ministrandis in Hospitalibus. Cap. LXI. 317
De nundinis, & mercatis, an possint tolerari in diebus festiuis. Cap. LII. 318
De probatione iuris patronatus post Concil. Trident. latè. Capitulo LXIII. 321
De processionibus. Cap. LXIIII. 335
De resignationibus beneficiorum. Cap. LXV. 341
De concursu ad ecclesias parrocchiales latè. Cap. LXVI. 349
De potestate episcoporum vigore cap. 6. sess. 24. de refor. Conc. Trid. latissimè. Cap. LXVII. 353
De excõmunicatione ferenda in subsidium. Cap. LXVIII. 370

De

Digitized by Google

CAPITVLORVM.

De pęnis pecuniarijs, cõuertendis in pios vſus. Cap. LXIX. 374
De appellatione, magis practicabilia. Cap. LXX. 377
De corporibus Sanctorum, quando poſſint transferri de loco ad locum. Cap. LXXI. 387
De oblationibus latè. Cap. LXXII. 389
De Vicatio epiſc. an teneatur dare ſyndicatum. Cap. LXXIII. carte 395
De ſecundis nuptijs, quando poſſunt benedici. Cap. LXXIIII. carte 397
De alienatione rerum eccleſiæ nonnullæ practicabilia. Capitulo LXXV. 399
De ſepulturis, plura ſcitu digna. Cap. LXXVI. 408
De clericis negotiatoribus. Cap. LXXV[illegible] 416
De clerico blaſphemo. Cap. LXXVI[illegible] 419
De celebrantibus plures miſſas eodem die. Cap. LXX[illegible] 421
De clerico beneficiato omittente recitare diuinum officium. Cap. LXX[illegible] 422
De ſacerdote reuelante confeſſione, & tenente mulieres ad turpia in actu confeſſionis. Cap[illegible] 423
De clerico Sodomita. Cap. LXXX[illegible] 424
De ordinatione regularium, familiarib, dimiſſorijs, & titulo ordinandorum latè. Cap. LXXXIII. 426
De modo procedendi in cauſis in fidei. Cap. LXXXIIII. 497
De cauſis delegatis plura frequentia in praxi. Cap. LXXXV. carte 447
De Vicario Capituli ſede vacante plura. Cap. LXXXVI. 455
De poteſtate Capituli ſede vacante latè. Cap. LXXXVII. carte 461
De poteſtate Archiepiſcopi latiſſimè. Cap. LXXXVIII. carte 477
De Concilio Prouinciali latè. Cap. LXXXIX. 504

FINIS.

Digitized by Google



Digitized by Google

PRAXIS CVRIAE
ARCHIEPISCOPALIS
NEAPOLITANÆ

NVNC PRIMVM IN LVCEM
EDITA.

Authore
MARCOANTONIO
GENVENSE V. I. D.
Canonico Neapolitano, & eiusdem
Curiæ Archiepiscopalis
Aduocato Fiscali.

SVMMARIVM.

1 *MONITORIA ad finem reuelationis quis concedere possit.*
2 *Monitoria ad finem reuelationis an concedere possit Episcopus homin. null. Diœces.*
3 *Monitoria ad finem reuelationis non sunt concedenda pro qualibet re leui, & ibi practica Curiæ Archiepiscopalis.*
4 *Monitoria ad finem reuelationis sunt concedenda in subsidium, & ibi latè praxis Curiæ, & quando in facto proprio sint concedenda, vel ne.*
5 *Monitoria debent continere rem certam.*
6 *Monitoria non debent esse infamatoria.*

Digitized by Google

7 *Monitoria non debent esse criminosa.*

8 *Monitoria sunt concedenda ad instantiam eius, cuius interest.*

9 *Monitoria non sunt concedenda ad instantiam excomunicati, vel notorij peccatoris.*

10 *Monitoria debent continere aliqua dierum interualla, & possunt concedi die feriata.*

11 *Monitoria possunt concedi sine citatione partis.*

12 *Monitoria [illegible] possunt impetrari sine speciali mãdato.*

13 *Monitoria ad [illegible]em reuelationis, si Episcopus deneget an possit appellari.*

14 *Monitoria esse concedenda, vel non concedenda, est decretum interloquutorium.*

15 *Monitori[illegible] [illegible]gnat, suspectus redditur.*

16 *Monitoria non compellunt deponere cum iuramento, & non faciunt puniri de falso contrarium deponentem in iudicio.*

17 *Reuelationibus receptis, quomodo procedendum.*

18 *Monitoria ad finem reuelationis non dicuntur statuta, sed mandata, & morte expirant.*

19 *Monitorijs an censeantur paruisse, qui reuelant oretenus Episcopo sine scriptis.*

CAP. PRIMVM.

DE excõmunicatione ad finem reuelationis, latè tractant Probus in c. 2. de cõstitut. in 6. Sylua Nuptialis in verbo monitoriæ, Nauar. in c. inter verba

Digitized by Google

ba 11.q. 3.corollar.66.Henriquez in ſumma de excomun. c. 18. Ego verò aliqua, quæ in Curia Archiepiſcopali quotidie practicantur annotanda cenſui.

1 Primò Notandum, quòd excõmunicationem ad finem reuelationis, ſiue monitoria iuxta c. ad noſtram el 2. de Iureiur. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 3. hodie ſolùm Epiſcopi concedere poſſunt, vt in d. c. 3. clarè habetur. Poterit etiam Vicarius Generalis Epiſcopi illa cõcedere; ſiquidem quando Conc. Trid. nominat Epiſcopum, nunquam excludit Vicarium, niſi ponat dictionẽ taxatiuam tantum; vt in c. 6. ſeſſ. 24. de refor. Ita tenet Iacobus Sbrottius de officio Vicar. lib. 2. q. 171. & fuit declaratum à ſacra Congregatione, ac ſeruatur in Curia Archiepiſcopali, & idẽ ante Conc. Trid. tenent Probus, & Sylua Nuptialis vbi ſupra, talia vero monitoria hodie non poſſunt concedere Parochi, prout poterant de iure antiquo ex conſuetudine vt in c. 2. de offic.
2 ord. Nec poteſt etiam Epiſcopus concedere dicta monitoria hominibus beneficij, quod eſt nullius Diœceſis, nam pro eis confugiendum eſt ad Sedem Apoſtolicam, ſi quando illis opus habent, minuſq; poſſunt concedi ab obtinente dictum beneficium, vt declarauit ſacra Congregatio ſuper d. c. 3.

Secundò notandum, quòd plura ſunt conſi-

Digitized by Google

3 deranda in concedendis dictis monitorijs. Primũ, vt dentur pro re graui, & non vulgari, ac magna maturitate perſpecta, conſiderata re, perſona, loco, & tẽpore, d.c. 3 ſeſſ. 25. Si tamẽ pro re leui, & minima non continente peccatum mortale concederentur, eſſet excõmunicatio nulla ex intolerabili iuris errore, iuxta c. per tuas de ſententia excom. cum nemo ſine peccato mortali excomunicari poſſit, c. nemo, c. nullus 11. q 3. Si verò plures graue damnum intulerint, licèt non ſimul, ſed ſeparatim, & ſinguli parum acceperint non aſcendens ad peccatum mortale, quod reparari poſſet ex reſtitutione rei acceptę, ſi fieret ab omnibus, vt ſi plures vineam deprædati ſunt, poteſt concedi excommunicatio. Ita tenet Sotus in 4. diſt. 22. q. 1. art. 2. Medina de reſtit. q. 10. Petr. Nauar. de reſtit. lib. 3. dub. 5. not. 49. Henriquez de excõmunicat. c. 17 §. 4. & quamuis pro quolibet peccato mortali excomunicatio ferri poſſit, cũ tamen ſit pœna grauiſſima iuxta gloſ. & doct. in c. qua fronte de appell. ferè in omnibus locis ſeruatur, quod ſolùm pro aliqua graui ſumma feratur, quadraginta, vel quinquaginta ducatorũ, & ita in noſtra Curia ſeruatur, quod non conceditur pro minori ſumma quinquaginta ducatorum. Idem ſeruat Summus Pontifex in reſcriptis in forma, Significauit. Aliquãdo verò pro minori ſumma decem viginti, vel triginta ducatorum, fuit

Digitized by Google

fuit in Curia noſtra cõceſſa, conſiderata paupertate petentis, quod totum Epiſcopi arbitrio relinquitur; ſolent tamen in negotijs modici valoris concedi monitiones tantum ſub pœna excomunicationis abſq; aggrauatione. Hic nota, quòd licet Conc. Trid. d. c. 3. exprimat, quòd concedantur dicta monitoria pro rebus ſubtractis, & deperditis non excludit, quin pro alijs cauſis cõcedi poſſint, prout indicant illa verba, fieri ſolẽt, nam expreſſio frequentiæ cauſa nõ excludit cęteros caſus. Corſetus in ſingulari verbo frequẽtia. gloſ. in Clem. 1. de reſcrip. & de iure canonico tenetur etiam quis indicare furem c. qui cum fure, & ibi Abb. de furtis, & poſſunt concedi pro ſciendis delictis occultis, Probus, Sylua Nuptialis. Nauar. vbi ſupra, Idem Nauar. in conſ. 10. & 11. de officio ord. vbi dicit melius facere Epiſcopos ſi ad detegẽdum delicta caueant ab iſtis monitorijs, ſed procedant iuxta c. inquiſitionis extra de accuſ. Quę monitoria poſſunt cõcedi etiã quòd in foro exteriori non competat actio arg. l. fi. C. de fideicomiſſ. vel ſi ſententia fori exterioris feciſſet tranſitum in rem iudicatã contra actorem, dumodo fuerit iniuſta, ſecundum Innoc. & alios in c. quia pleriq; de immun. Eccleſ. etiam pro nudo pacto, quod obligat de iure Canonico, c. 1. vbi omnes de pactis. Nauar. cor[illegible] ctis; ſufficit enim quod adſit peccatu[illegible]

Digitized by Google

ratione cuius potest Episcopus excõmunicare, etiam Reges, c. nouit de Iudicijs.

4 Tertiò notandum, quòd talia monitoria sunt concedenda in subsidium, quando veritas alio modo haberi non potest, Sotus d.q.1.art. 2. Probus, Sylua Nuptialis, Nauar. vbi supra, colligitur ex Conc. Trid. dicto c.3. & ex dicto c.ad nostram il 2. de Iureiur. Ideo conceduntur contra personas, quas orator prorsus ignorat, sic etiam dicitur in rescriptis Papæ in forma significauit, quòd si quis sciret occupatorem, vel esset notus Aduersarius, debet agere contra eum via ordinaria, & si agit, sed pendet lis, non debent fieri edicta generalia contra aduersarium, licet si fiãt teneant, sed sunt iniusta secundum glos. in c.1. vt lite non contestata, Probũ, & Syluam vbi supra: possunt tamen tunc cõcedi monitoria contra testes, qui veritatem sciunt de negotio, super quo mouetur lis, si eorum nomina ignorantur, sed si sunt certi, potest fieri eis præceptum, q̃ veritatem deponant sub pœna excõmunicationis corã Iudice laico, iuxta Abbatem in d. c.ad nostram, Syluã Nuptialem, & Probum vbi supra, & hoc præceptum ex antiqua Curiæ Archiepiscopalis Neap. obseruãtia fit laicis, vt remoto omni odio, gratia, amore, vel timore deponant veritatis te-

[redacted] coram Iudice competenti, ratione [redacted] rtalis, iuxta c. nouit. de Iudicijs, est enim

Digitized by Google

enim peccatũ mortale in teſtibus tacere veritatẽ c. quiſquis 11. q. 3. & vltra ſupradictos Doctores, id tenet Franciſcus Marcus deciſ. delfin. 864; non tamẽ ſolet fieri tale præceptum perſonis valde qualificatis, nempe titulatis, vel Conſiliarijs, pro quibus eſt præſumptio, vt nolint tacere veritatem propter qualitatem perſonæ, ſed eos Vicarius ſolet admonere, & hæc ſunt notanda, quia in anno 1599. quidam laici voluerunt infringere hanc praxim dicentes Curiam Archiepiſcopalẽ non poſſe laicos cenſuris compellere per viam præcepti ſupradicti, ſed non potuerunt. Ex hoc 3. notabili inoleuit praxis Curiæ Archiepiſcopalis, quod quando pendet lis, & eſt datus terminus in cauſa, ſi non ſunt citati teſtes cõceduntur monitoria generalia contra teſtes, quia ad huc poſſunt ignorari; verùm ſi ſunt citati non concedun tur, ſed fit præceptum teſtibus citatis, quod veritatem deponant coram eorum Iudice, vt ſupra dixi, & tale præceptum fit non ſolùm, quando pars ſcit teſtes eſſe verè informatos de facto, ſed etiam ſi præſumat veri ſimiliter informatos, nẽpè ſi ſint vicini, vel ſimiles, & ſufficit, quòd petens præceptũ nominet teſtes, qui nolunt deponere abſq; quòd probet fuiſſe ab alijs vocatos in cõteſtes, maximè quia tale præceptum fit in cauſis ciuilibus. Item practicatur ꝙ quãdo teſtes ſunt citati ſolet Vicarius concedere monitoria cum clau-

Digitized by Google

clauſula, dumodo non recipiantur reuelationes teſtium citatorum, vel teſtes citati non comprehendantur in monitorio; ſed quando teſtes fuerunt citati in numero copioſo, puta triginta, vel quadraginta, ſolet Vicarius in totũ denegare monitoria; quia non eſt veriſimile, quòd à tot teſtibus pars non poſſit ſcire veritatem negotij. Item ſeruatur, quòd poſt concluſum in cauſa non conceduntur monitoria, niſi Eccleſijs, mulieribus, & alijs perſonis priuilegiatis, cæteriſque quando eis conceditur reſtitutio in integrum aduerſus omiſſas probationes. Item in cauſa appellationis conceduntur quando eſt datus terminus ad non poſita ponendum, dummodo capita non concernant articulos primæ inſtantiæ, vel directò contrarios, ſed nouos iuxta Clem. 2. de teſtibus. Item ſeruatur, quòd quando hæres petit monitoria contra ſcientes bona hæreditaria, & pars opponit de inuentario, & propterea dicit nõ eſſe concedenda, quia veritas alio modo ſciri poteſt, ſolet Vicarius concedere monitoria contra ſcientes bona hæreditaria non contenta in inuentario. Item practicatur, quòd ſuper facto proprio non conceduntur monitoria, cùm non præſumatur ignorantia, verbi gratia, Titius mutuauit Franciſco centum, poſtea petit monitorium contra ſcientes tale mutuũ non conceditur; quia aut teſtes non fuerunt præſentes, quando fuit factum

Digitized by Google

ctum mutuum, & tunc non eſt neceſſarium monitorium; quia non adfuerunt teſtes; aut teſtes fueruut præſentes, & præſumitur, quod pars petens monitorium, cognoſcat dictos teſtes, & ſic, cùm ſint certi, non conceduntur monitoria generalia; ſed fit præceptum ſupradictum teſtibus, quorum nomina pars exprimit. Poſſunt tamen, & ſolent concedi monitoria generalia contra teſtes, etiam in facto proprio, quando præſumitur obliuio; nempe ſi factum eſſet antiquum, iuxta Bart. in l. non fatetur, ff. de confeſſis; vel ſi factum eſſet valde implicitum; nam propter eius difficultatem, præſumitnr obliuio. l. emptor §. lutiùs, ff. de pactis. Bart. in d. l. non fatetur; vel quando factum non fuiſſet explicatum per ſe; ſed per ſeruum, vel filium, vel Procuratorem, iuxta gloſ. in l. ſi res obligata ff. de legatis primò; vel quãdo ſumus in homine præpedito multis negotijs; quia etiam in facto ſuo proprio præſumitur ignorantia, vel quando quis fecit aliquid in mortis articulo; tunc enim homines ignorare ſolent, ſecundum Soccinum in fallentia 175; vel quando tractatur de valore rei de præterito, & non de præſenti, iuxta eundem Soccinum in d. fallentia, qui ponit omnes ſupradictas limitationes ad regulam, quòd ignorantia non præſumitur in facto proprio; vel quando magnitudo facti aliud ſuaderet; aut aliæ coniecturæ eſſent in contrarium,

Digitized by Google

iuxta Abb. in c. ab excommunicato de reſcript. Item practicatur, quòd ſi aliquis petit monitoriũ contra teſtes, qui fuerunt præſentes, quando ipſe dedit pignus Franciſco, quod ille negat recepiſſe, non conceditur monitorium contra teſtes, qui ſciuerunt conſignationem pignoris, ex ſupradictis, niſi præſumeretur obliuio; ſed conceditur monitoriũ contra teſtes, qui ſciunt apud quem reperitur dictum pignus, vt reuelent; vel ſi aliquid ſciunt ex confeſſione partis.

5 Quartò notandum, quòd in iſtis monitorijs eſt exprimenda res, de qua agitur, & eius valor; niſi fiant pro Eccleſijs, locis pijs, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegijs, ac vniuerſalibus ſucceſſoribus; & tunc debet fieri in genere quædam deſignatio rerum, quæ non debet eſſe vaga, incerta, & inueriſimilis, vt colligitur ex conſtitutione Pij V. ſuper modo expediendi reſcripta, in forma, Significauit.

6 Quintò notandum, quòd monitoria non ſunt concedenda, ſi ſint infamatoria alicuius particularis perſonæ. Sylua Nuptialis, & Probus vbi ſupra, ex c. 1. cum ſequent. 5. q. 1. Vnde in praxi numquam nominatur perſona, quæ præſumitur rem detinere, neq; dicitur in monitorijs, quicũque ſciuerint fuiſſe talia bona furto ſubtracta reuelent; vel quis talia bona iniuſtè detineat; ſed tantum cum modeſtia dicitur, quicunq; ſciuerit

Digitized by Google

uerit apud quem reperiuntur talia bona, vel quis ea acceperit, reuelet, vel detinentes restituant. Item seruatur, quòd quando monitoria fiunt cõtra retinentes scripturas, vel scientes apud quem reperiantur ex quibus apparet aliquod debitum non solent nominari omnes personæ, inter quas fuit debitum contractum; sed tantùm solet dici, quicunque sciuerit, vel retinuerit scripturas, ex quibus apparet aliquid deberi Francisco, restituat, vel reuelet; sed non exprimitur nomen debitoris, nisi causæ qualitas aliud suadeat. Exprimitur tamen in monitorijs simulatio alicuius cõtractus, verùm quando reuelationes receptæ cõtinent infamiam, non conceditur copia reuelationum Iudici laico; sed Curia solet concedere tantum nomina, & cognomina testium, qui reuelauerunt, quos compellet Iudex laicus posteà ad deponendum: dummodo non deponant super crimine, ex infra dicendis.

7 Sextò notandum, quòd non conceduntur monitoria, si sint criminosa, vt si contineant alicuius delictum, maximè si copia sit consignanda Iudici laico, coràm quo lis vertitur, tùm quia sunt infamatoria, tùm etiam ad euitandam irregularitatem. Nec protestatio, quòd Iudex secularis procedat citra pœnam sanguinis, iuxta c. 2. de homicid. in 6. suffragaretur Episcopo concedenti copiam, quoad irregularitatem euitandam; quia

Digitized by Google

textus in d. c. 2. non procedit in agentibus cauſas alienas; ſed tantum ſuas, vt ibi pro omnes. Et quia aliquando reuelationes non continent criminalitatem; ſed illas obtinentes vtuntur ipſis in criminalibus; ſolet Vicarius Neapolitanus, quando concedit copiam reuelationũ, imponere pœnam excommunicationis latæ ſententiæ, parti, & Iudici, ſi dictis reuelationibus vtantur in criminalibus. Conceduntur tamen, quando coràm Iudice laico agitur de crimine ciuiliter; niſi continerent ſcandalum, vt euenit in anno 1600. Nã quidã hæres agebat contra legatarios, coràm Iudice laico, vt priuarentur legato, quia maledixerant animæ teſtatoris, iuxta l. ſi inimicitiæ. ff. de his, quibus, vt indignis. Et petebat dictus hæres monitoria contra ſcientes aliquem ex legatarijs talis teſtatoris maledixiſſe eius animæ, quæ non fuerunt conceſſa; quoniam non poterat negari, quin continerent magnum ſcandalũ. Sed hic quæritur, poſtquam Epiſcopus, receperit reuelationes continentes criminalitatem, quas non poteſt tradere Iudici laico, quid erit remedij, vt orator valeat bona ſua recuperare? & videtur, quòd poterit, detinens bona aliena, per excommunicationem cogi ab Epiſcopo, vt exeat à peccato, & reſtituat, iuxta c. nouit, de Iudic. vel declarari incurriſſe excommunicationem generaliter latam, contra detinentes talia bona, & non

reſti-

Digitized by Google

reſtituentes; quod fieri poteſt, etiam ſi compareat, & dicat ſe paratum ſtare iuri coram ſuo Iudice laico competenti; cùm in hoc caſu, alio modo prouideri non poſſit, nec in foro Iudicis competentis aliquid probari queat, iuxta notata in 2. notabili. & Eccleſia poteſt adiri ratione peccati mortalis, quando in foro exteriori non competit ius, iuxta Innoc. & alios in d. c. quia pleriq; & in c. nouit. de Iudicijs.

8 Septimò notandum, quòd, vt concedantur dicta monitoria, requiritur, vt is, ad cuius inſtantiam conceduntur, habeat aliquod intereſſe, pp peccatũ & iuxta d. conſtit. Pij V. in qua fundatur Practica Curiæ Neapolitanæ nõ concedendi dicta monitoria, nec procedendi ad aggrauationẽ excommunicationis, quando apparet oratorem non habere intereſſe. Sed quando conceduntur monitoria ponitur clauſula: dummodo petentis interſit in docatis 50. Quando verò intereſſe non eſt clarum; ſed ſperatur in euentu litis, quæ vertitur coram Iudice laico, & timor eſt, ne bona dilapidentur, poſſunt concedi monitoria, pro habendis teſtibus, & notitia bonorum; licèt intereſſe non ſit clarũ. Regulariter. n. in Curia Neapolitana conceduntur monitoria ad inſtantiam intereſſe prętendentium coràm ſuo Iudice competenti, licèt ſit dubium in Curia Eccleſiaſtica. Exemplum, ſi aliquis tamquam hæres Franciſci petat

Digitized by Google

petat monitoria contra scientes, vel detinentes bona hæreditaria, & pars opponat non esse hæredem, debet prius docere se talem; sed si prætendat hæreditatem coràm Iudice laico, & adhuc non fuit declaratus hæres, poterit obtinere monitoria contra scientes bona hæreditaria, ad futuram rei memoriam, & nè dilapidentur bona propter interesse prætensũ, & quia postea posset declarari interesse. Solet etiam Curia denegare monitoria, quando est timor calumniæ, vel falsitatis testium, vt si quis vellet scire solutionẽ magnæ quantitatis æris alieni, contenti in instrumento, habente executionem paratam; nam magna præsumptio est, quòd si soluisset, fecisset sibi cassari instrumentum, & in similibus.

9 Octauò notandum, quòd ad instantiam excõmunicati, vel notorij peccatoris, non sunt concedenda dicta monitoria. Sylua Nuptialis; & Probus vbi supra, ex glos. Abb. & alijs in c. nouit de Iudicijs.

10 Nonò notandum, quòd semper in istis monitorijs ponuntur aliqua dierum interualla, iuxta c. sacro de sentent. excom. & c. constitutionem §. statuimus, eodem titulo in 6. nisi facti necessitas aliud suadeat; tunc enim posset abbreuiari terminus, vt in d. §. statuimus, & ibi Geminian. Franc. & alij. Et in Curia Neap. solet poni interuallum dierum sex, inter vnam monitionem & aliam.

Digitized by Google

& aliam. Et si vltra prædicta in concedendis illis, adsit aliquis stilus Curiæ, est seruandus, de quò poterit se informare Iudex ab aliquo Notario, vt dicit Sylua Nuptialis vbi supra. Et ista monitoria possunt concedi die feriata, cùm tractetur de salute animarum, & sic pietas vrgeat. c. conquæstus de fer. Franc. Marcus decis. Delfin. 690. In Curia verò Archiepiscopali nullus excommunicatur in festiuitatibus Natalis Domini, & Paschæ, vt fideles vacent deuotioni.

11 Decimò notandum, quòd in istis monitorijs non requiritur citatio partis, cùm non tractetur de alicuius præiudicio, si quidem excommunicatio non ligat, nisi existentes in peccato mortali, & non peccantes non tangit. Sic etiam in absolutione à iuramento ad finem agendi, non requiritur citatio partis, cùm parti non inferatur præiudicium, iuxta magis communem in c. 1. de iure iurando. Et quia est actus quasi pœnitentialis, vt dicit Antonius de Butrio in c. debitores num. 7. de Iureiurando, quod tanto magis procedit in istis monitorijs, quorum finis est, vt anima exeat à peccato; & ita seruatur in Curia Neapolitana, quod in concedendis monitorijs non citatur pars; & si aliquando fuisse seruatum contrarium, testatur Reuerendissimus Thomas Zerola Episcopus Minorensis in praxi Episcopali, in verbo Excommunicatio, causa materialis,

Digitized by Google

lis; quod tamen non vidi seruari; id enim non fuit necessarium; immò potest grauare partem in expensis pro decreto, quod monitorium concedatur, à quo Iudices recti se abstinent. Beneuerum est, quòd si pars compareat, & dicat, non esse procedendum ad monitoria, ex causis supradictis est audienda. Hic notandum, quòd impedit aggrauationem excommunicationis, si quis compareat, & dicat, habere rem, de qua in monitoriis, sed sine peccato; seq; esse paratum stare Iuri coram suo Iudice laico. Cardinal. in Clem. dispendiosam num. 28. de Iudiciis. Sylua Nuptialis vbi supra, Nauar. in d. c. nouit not. 6. num. 22. vbi dicit hanc exceptionem esse omnino admittendam ab Ecclesiastico Iudice, quòd intelligo, nisi in foro exteriori non competeret actio, iuxta supradicta.

12 Vndecimò notandum, quòd ad obtinendum ista monitoria, requiritur speciale mandatum, & ita seruatur in Curia Neapolitana, ex Speculatore de Procuratoribus vers. 18. vbi dicit in contrahenda excommunicatione requiri speciale mandatum.

Duodecimò notandum, q; qñ impetratur à Papa rescriptum, in forma, Significauit, non potest pars, ad cuius instantiam est expeditum rescriptum, formare alia capita, vltra expressa in rescripto; quia excommunicatio esset nulla, tã-

quam

Digitized by Google

quàm lata à Delegato non ſeruata forma reſcripti. Dominicus in cap. Romana, §. ſed nec, de ſententia excom. in 6. Fel. in cap. cum ſit nume. 15. de appell. niſi in eo adſit clauſula, Latius arbitrio tuo, vel ſignificantis. Quæ ſi deſit, reſcriptum eſt publicandum de verbo ad verbum, nõ alterando ſenſum, ſermonem, nec verba dicti reſcripti; ſed pro idiotis poteſt publicari materna lingua, ſeu vulgari, vt reſcripſit ſacra Congregatio Conc. Tridentini Curiæ Archiepiſcopali Neapolitanæ, annis non longe elapſis. & ſic obſeruatur. Quæ clauſula, rarò ponitur in reſcriptis; ſed quando apponitur, in formandis alijs capitibus, ſunt conſideranda, quæ ſupra notata ſunt.

Decimotertiò notandum, quòd, ſi Epiſcopus
13 à parte requiſitus, vt decernat iſta monitoria, ſine cauſa deneget illa, poteſt appellari; nam licèt in illis concedendis Epiſcopus procedat ex officio, ratione peccati, in quo Iudicis officium multum exuberat. Card. in d. Clement. diſpendioſam, & pars inſtans dicatur ſtimulus inſtigãs. Probus, & Sylua Nupt. vbi ſupra; nihilominus Iudex, ſi denegat petenti impartiri ſuum officiũ nobile, iniuriam facit, & poteſt appellari. Bart. in l. 1. ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum. Felin. in cap per tuas, de teſtibus. Poterit etiam appellari, ſi detur breuis terminus ad reuelandum.

Digitized by Google

Nauar. in consil. 11. de officio ordinario.

14 Decimoquartò notandum, quòd sententia, esse concedenda monitoria, est merè interlocutoria, vt latè probat Crauetta in consil. 181. & ideo reuocari potest, l. quod iussit, ff. de re iudicata; quinimò ipsa sententia excommunicationis dicitur mere interlocutoria, & nõ obstante partis contradictione, si est iniusta, reuocari potest. Abb. notab. in cap. sacro, num. 5. per illũ textum, de sententia excommunicationis. Felin. in rubr. de sententia, & re iudicata. Idem censuit Curia Archiepiscopalis de decreto, non esse procedendum ad monitoria, vt sit interlocutorium, & reuocari possit; cùm nullatenus participet de sententia diffinitiua; facit, quòd sententia rejiciens probationes, nempè si declaret probationes esse illegitimas, & non clarè probãtes in principali, est merè interlocutoria l. fin. C. de sententia, quæ sine certa quantitate, & ibi Bald. nu. 2. Roman. in Rubrica, ff. de re iudicata nume. 5. Est tamen menti, tenendum, quod dicit Crauetta d. consil. 181. in hac materia, quòd pars,

15 quæ impugnat monitorium, est suspecta; nam tutus in conscientia nõ opponit se monitorio. Sic ẽt Iudex redditur suspectus, quando parti se opponit. Glosa in cap. statutum in principio in verbo copiam, de rescriptis. lib. 6.

16 Decimoquintò notandum, quòd ista monitoria,

Digitized by Google

ria, non compellunt deponere cum iuramento; & possunt scribi manu propria; & quando postea, reuelantes examinantur, vti testes in forma Iudicij, nõ debent ipsis legi eorum reuelationes. Si verò contrarium deponant in Iudicio, statur posteriori dicto cum iuramẽto. Nec possunt puniri de falso, iuxta latè tradita per Felin. in c. cum in tua, de testibus, & Syluam Nuptial. vbi supra. Seruatur tamen in Curia Archiepiscopali, quòd in causis magni momenti, instante parte, solent recipi reuelationes cum interrogatorijs partis. Si autem reuelantes nolint respondere interrogatorijs, potest illis, tamquam personis certis, fieri præceptum sub pœna excommunicationis, vt veritatem deponant, coram eorum Iudice competenti. Quæ tanto magis procedunt, quando coràm Iudice laico non examinantur testes de nouo cum interrogatorijs. Dicit tamen Menoch. de arbitr. Iud. casu 109. quòd potest Iudex competens cogere testes, qui reuelauerũt, ad respondendum absque relatione ad reuelationes. ex Baldo in l. final. C. de testibus, & alijs. Est etiam menti tenendum, quòd facientes falsã reuelationem, etiam sine iuramento grauiter puniũtur in Curia Archiepiscopali. & in anno 1600 per Curiam Archiepiscopalem ob falsam reuelationem quidam laicus fuit fustigatus per Ciuitatem Neapolitanam. Siquidem testis deponens

Digitized by Google

falsum in Iudicio sine Iuramento punitur pœna falsi. Bart. in l. si quis legatum, ff. de falsis, & est communis. Clarus in §. falsum, num. 11. & laici deponentes falsum in Curia Archiepiscopali puniuntur per eam, ex l. nullum, C. de testibus.

17 Decimosextò notandum, quòd receptis reuelationibus, si ex illis plenè constat, aliquem esse in peccato, non reuelando, vel non restituendo, potest Curia, repetitis prius testibus cum Iuramento, ipsum citare, ad dicendum causam, quare non debeat declarari, incidisse in excommunicationẽ latam in genere. & si non allegat aliquid relevás, potest declarari excommunicatus, & fieri ei præceptum, vt exeat à peccato. Idque de Iure procedit per cap. nouit, de Iud. cum ibi notatis, & ex pluribus adductis per Neuizanum vbi supra, num. 57. & 59. ad quem te remicto; quia in praxi non est in vsu in Curia Archiepiscopali procedere ad declarationem excommunicationis. Solùm enim conceditur copia reuelationum parti, ad finem probandi coram Iudice competẽti. Esset tamen id seruandum, quando in foro exteriori non competeret actio, iuxta notata supra in secundo notabili. Indifferenter vero declarantur excommunicati laici, occupatores bonorũ Ecclesiæ, iuxta Concil. Tridentinum cap. si quem Clericorum, sess. 22. de reform. etiam, quòd laici negent, rem esse Ecclesiæ, iuxta cap. si Clericus

cus laicum, de foro compet. Qui textus procedit, quando laicus conuenitur actione reali ad relaxandum, vel restituendum rem; non quando tractatur, an sit excommunicatus, vel ne; licèt in consequentiam veniat restitutio bonorum. Si quidem Iudex laicus est penitus incompetens, quòad censuras. Bartol. in l. quoties C. de Iudicijs, Abb. in cap. tuam, de ordine cognit.

Decimoseptimò notandum, quòd ista monitoria non dicuntur statuta, sed mandata generalia, vel specialia, lata ab homine, quæ morte, aut remotione concedentis ab officio expirant; antequam incurratur in excommunicationem. Nauar. in Manual. c. 27. num. 2. cap. gratum, & c. licet de officio deleg. quia postea opus erit absolutione, Glos. Host. Abb. & alij in cap. à nobis il primo, de sententia excommunicationis. Idem dicendum, quando subditus efficitur alterius fori, iuxta tradita per Archid. in cap. 2. de constit. in 6. Præpos. & Franch. in cap. præterea il 2. de appell. Si verò Episcopus per statutum proferret sententiam, semper durat; quia statuta Episcopi, morte non expirant. Abb. in d. cap. à nobis. cap. fin. vbi omnes de officio legati. Statuta tamen, quæ fiunt à Vicarijs, eorum morte, aut remotione ab officio, expirant. Siquidem Rectores terrarum, & potestates habentes Iurisdictionem ad tempus, prout Vicarij non possunt facere, nisi quas-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

quasdam ordinationes, pro tempore sui officij, quo finito expirant, vt dicit Bart. in l. omnes populi, ff. de Iustitia & Iure.

19 Decimooctauò notandum, quòd scientes, & reuelantes Episcopo oretenus, non satisfaciunt monitorijs; quia is, cuius interest, non potest ipsis vti. Nauar. consil. 5. de furtis. Idèm fuit dictum in Curia, quando reuelationes non fuerunt ritè receptę, puta per Notarium non approbatum; quia Ecclesia illis vti non potest ad cogendum peccatorem, vt exeat à peccato. Non tamèn reuelans tenetur suis expensis adire Episcopum absentem, vel alium, cui debeat reuelare, ex cap. si testes §. venturi 4. q. 3. Nauar. in dicto coroll. 66. num. 799.

Vltimò notandum, quòd in Curia Archiepiscopali Neapolitana, quando aliquis opponit de nullitate monitorij cõcessi à dicta Curia, non datur terminus ad docendum de nullitatibus; sed opponens auditur sine termino, & reuocatur, vel approbatur monitorium; nam vt plurimũ nullitates opponuntur ad dilatandum; & vbi de salute animarũ agitur proceditur simpliciter. Archid. & Cardin. de Turre Cremat. in cap. scriptum est, 6. quæst. 3.

S V M.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Principalis an teneatur reuelare, restituere, vel edere arma contra se.*

2 *Reuelare an teneantur, si non possunt probari, quæ sciunt.*

3 *Reuelare an teneantur, qui non possunt compelli ad testificandum, & quando tenentur, & an filius contra patrem spiritualem.*

4 *Reuelare non tenetur, qui scit aliquem retinere rem, de qua in monitorio sine peccato, vel illum, ad cuius instantiam fertur monitorium, non habere interesse.*

5 *Reuelare non tenetur, qui timet damnum sibi inferri ex reuelatione.*

6 *Reuelare, an teneatur, qui tempore excommunicationis, est impotens, absens, vel ignorans, & an quâ primum sciuerit, vel potuerit sub eadem pœna excommunicationis latæ.*

8 *Reuelare non tenentur, quos pars, vel Iudex excommunicare non intendit.*

9 *Scire, quis dicatur in materia monitoriorum, & an testis de auditu, teneatur reuelare.*

10 *Testes inhabiles, quando probent, & teneantur reuelare.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

1 SEQVITVR, vt aliqua ponamus de his, qui in monitorijs comprænduntur, & reuelare, restituere, aut exhibere scripturas tenentur. Et in primis se offert illa vulgaris quæstio, an principalis teneatur reuelare, & possit compelli excommunicatione non solùm ad restituendum; sed etiam ad reuelandũ, se detinere rem, de qua agitur. In qua quæstione sunt variæ opiniones. Multi enim dicunt, non teneri ad reuelandum. Aliqui asserunt, quòd principalis tenetur reuelare, & comprænditur in monitorio; quia intentio Ecclesiæ, & causa finalis excommunicationis est, vt quis exeat à peccato, cap. cum medicinalis de sententia excommunicationis in 6. cap. nouit de Iudicijs. Et non potest exire à peccato, nisi restituat, vel reuelet. Ergo potest excommunicari, d. cap. nouit. Limitant, quando ex reuelatione resultaret magnũ damnum, in fama, vel persona principalis. Et id tenet Franc. Marcus decis. 648. vltra alios. Sed huic opinioni obstat, quòd nemo tenetur se prodere, cap. quis aliquando de pœnit. distin. 1. D. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 1. Præterea principalis non videtur esse in peccato non reuelando; sed non

Digitized by Google

non reſtituendo: ergò excommunicari non poteſt, ſi non reuelet; ſed tantum. ſi non reſtituat, c. nullus, c. nemo 11. q. 3. Et ita tenent Nauarr. in manuali c. 17. num. 100. Toledus in ſumma lib. 5. c. 27. in fin. Dñus Hieronymus Campanilis in ſuis doctiſſimis commentarijs, ſuper ritibus Curiæ Archiepiſcopalis Neap. & propriè ſuper ritu. 3. Aliqui dicunt, q̃ Principalis tenetur reuelare, & ſe prodere, quando præcedit diffamatio, vel ſemiplena probatio. Sylua Nuptialis latè in verbo monitorie, num. 42. Alij addunt, quòd dicta ſemiplena probatio debet eſſe notificata principali; quia in hoc caſu tenetur quis dicere veritatem contra ſe ipſum, iuxta Gaetanum ſuper dicto articulo 1. Diui Thomæ, Sotum de ratione tegẽdi membro 2. q. 7. Nauar. cap. 25. nu. 36. Sed iſta opinio, licèt in ſe videatur vera; tamen rarò in praxi verificari poteſt; quia monitoria nõ conceduntur, niſi pro ſciendis occultis. Quapropter Curia Archiepiſcopalis Neapolitana ad tollendos ſcrupulos, numquam decernit monitoria contra principales non reuelantes; ſed tantum contra principales non reſtituẽtes, & cõtra teſtes ſcientes occupatores, & nõ reuelantes. Nõ tamẽ principalis incurrit quãdo nõ tenetur reſtituere, vt ſi eſt effectus impotens ad ſoluẽdũ. Abb. in ca. ſignificante, de pignoribus, nu. 3. Sylua Nuptial. vbi ſupra, nume. 56. Vel quando ex reſtitutione

Digitized by Google

ipsi immineret periculum maioris damni, vitę, vel famę. arg. c. officij de pœnit Tenetur tamen tunc si potest, occulte restituere, vel alio modo cum parte concordare, saltèm per interpositam personam, quæ nomen Principalis taceat, vel ei remissionem debiti impetret. Pariter non tenetur restituere, quando retinet in compensationem iustã, vel alio modo non est obligatus ad restituẽdum, cum tunc non sit in peccato mortali iuxta tradita per Nauar. consil. 38. de sententia excom. & in manual. cap. 25. nume. 46. Nec principalis tenetur restituere, quando litigat in iuditio, & lis est dubia; quia in dubio præsumitur pro possessore. cap. ex literis de probatio. Sed debet expectare exitum causæ. Sed an aliquis teneatur edere scripturas contra se, & possit compelli censuris. Et veritas est, quòd quando ex non exhibitione maneret in peccato mortali, tenetur illas exhibere, & potest compelli censuris. Ita Anto. Abb. Fel. Decius in cap. 1. de probat. Si enim fauore fisci quis tenetur edere arma contra se, iuxta communem in dicto cap. 1. tantomagis fauore animæ, vt exeat à peccato. Et ita fuit iudicatum in Curia Neapolitana. Si tamen scripturæ nullo modo prodessent actori, non tenetur quis illas exhibere; secus si aliquo modo actorem releuarẽt, vel essemus in dubio. Ita Sotus in 4. distin. 22. q. 1. art. 2. casu 3.

Secun-

Digitized by Google

2 Secundo notandum, quòd ſcientes non tenentur reuelare, quando id quòd ſciunt probari nõ poteſt. c. plerumq; 2. q. 7. c. ſi peccauerit 2. q. 1. cap. placuit 6. q. 2. Gloſ. in cap. ſacerdos de pœnit. diſt. 6. Præpoſ. in cap. nerui, 13. diſtint. Rip. de peſte, de remedijs ad curandam peſtẽm, num. 224. Probus in dicto c. 2. Quod intelligi debet quando alicui præcipitur, vt denuntiet, non, vt deponat tamquam teſtis; quia tunc tenetur dicere veritatem, etiam quod probari non poſſit, etiã ſi iuraſſet, id non reuelare. c. intimauit, de teſtibus. Ripa vbi ſupra, num. 128. Probus in d. cap. cap. 2. Arnaldus, Albertinus de ſecreto, numer. 177. Nauar. in d. cap. inter verba, coroll. 66. nu. 779. cum ſeqq. vbi dicit, quomodo cognoſcatur, an Iudex præcipiat, vt reuelemus vti teſtes, vel vti denunciatores, quòd primo ſit recurrendum ad verba, iuxta l. non aliter, ff. de leg. 3. Si verò ex verbis id percipi non poteſt, intelligẽdum eſt monitorium, vt denunciemus tamquam teſtes in negotijs ciuilibus, tam cæptis litigari, quam non inceptis; quia in ciuilibus non agitur de punitione peccati. At in criminalibus ſi ſunt incæpta, nõ ſunt neceſſarij denuntiatores, ſed teſtes; & ideo vti teſtes tenemur occulta pandere: aut non ſunt incæpta, & tunc vti denunciatores, cũ in non cæptis ſæpe quærantur denuntiatores. cap. ſuper his, de accuſ. Et ex his poteſt verbum denuncia-

Digitized by Google

re, accipi, pro teſtificari, & è contra: ſecundùm ſubiectam materiam arg. leg. in inſulam, ff. de præſcrip. verb. Deducitur etiam ex prædictis, quòd in Curia Archiepiſcopali Neap. quilibet tenetur reuelare id, quod probari nõ poteſt, cùm non concedantur monitoria in cauſis criminalibus, ſed ciuilibus. Secundo tenetur quis prodere occulta, quæ probari non poſſunt, quando ſuperiores præcipiunt illa ipſis reuelari tamquàm patribus, & perſonis, quæ poſſunt prodeſſe, & nõ obeſſe: dummodo pro certo habeatur, quòd procurabunt impedire delictum, aut damnum ſine punitione, aut læſione aliqua. Glo. in d. cap. ſacerdos de pœnitent. diſt. 6. & in d. cap. plerumque, &c. hoc videtur, 22. q. 5. Albert. vbi ſupra num. 171. Ant. Syl. Tab. in verbo familia, Sotus de ratione tegendi membro 2. q. 2. Nauar. vbi ſupra, num. 783. Dicitur autem perſona, quæ poteſt prodeſſe, & non obeſſe, non Iudex, vt Iudex; ſed aliquis ſacerdos, Epiſcopus, vel Dominus familiæ, iuxta ſupradictos, præcedente tamen monitione fraterna; aliàs quis non tenetur: niſi ex monitione nulla ſperetur emendatio. Tertiò tenetur, quis reuelare impedimentum matrimonij, etiam occultum, cùm vnus teſtis ſufficiat ad impediendum, matrimonium, & ſit plena probatio ad hunc effectum. cap. præterea de ſponſal. Nauar. in dicto cap. ſacerdos de pœnit. diſtin. 6. nu. 27.

Digitized by Google

27. Guttier. lib. 1. quæstionum canonicarum. c. 12. num. 29. Dicunt tamen non teneri, vbi ex reuelatione impedimenti sequeretur scandalum. 4. Hęretici occulti, & alij cõmittentes delicta in dãmnũ Reipub. & proximi spirituale, vel temporale, sunt omninò denunciandi. D. Thom. 2 2. q. 33. art. 7. Inn. in cap. 1. de testibus cogendis. & est communis opinio, de qua testatur Royas in singulari fidei 2. numer. 19. Quintò Aduocati, Procuratores, Medici, quibus in secreto aliquid commissum est, non tenentur denunciare; nisi tractetur de præiudicio alicuius, & alia via prouideri non possit, nec quando posset prouideri est reuelandum plusquam sufficit; nec quod sufficit, quando maius damnum eueniret denuntiato. Ita Nauar. vbi supra nu. 799. & in manual. cap. 25. num. 43.

3 Tertiò notandum, quòd non tenentur reuelare, qui de iure compelli non possunt ad testificãdum, vt sunt consanguinei, & alij enumerati in l. lege Iulia, ff. de testibus; nisi qñ cõpelli possunt, nempe in aliorum defectu, iuxta glos. in c. quãquam 14. q. 2. Ita Sylua Nupt. Probus Nauar. vbi supra. Nec obstat, quòd semper ista monitoria conceduntur in defectu testium, & sic nulla videatur differentia inter priuilegiatos, & non priuilegiatos; nam licèt ipsa monitoria non concedantur, nisi ad instantiam illorum, qui dicunt igno-

Digitized by Google

ignorare contenta in monitorio; tamèn potest esse, quòd priuilegiatus sciat multos esse testes, qui possunt deponere, & quòd sciat propterea se excusari. Quòd si alij non deponerent, priuilegiatus tenetur reuelare, quis potest esse testis; quia licèt non sit defectus testium ad probandum, est tamen defectũ, ad sciendum adesse testes Nauar. d. cor. 66. n. 818. qui testes postea possunt compelli ad deponendum. Hæc .n. procedunt, dummodo non timeatur damnum graue in persona, fama, vel rebus priuilegiati. arg. dicti cap. officij, de pœnit. Tenentur tamèn filij spirituales semper reuelare, quia possunt esse testes contra patres spirituales. Fel. in c. cum Nuncius, de testibus, & est communis, de qua testatur Prosper Farinacius de testibus, q. 54. num. 198.

4 Quartò notandum, quòd, qui scit aliquem rẽ detinere sine peccato, vel incompensationem, nõ tenetur ipsum prodere. Nauar. cap. 25. num. 49. Angelus in verbo furtum, Ripa, & Probus vbi supra. & idẽ intellige in omnibus casibus, in quibus non tenetur restituere, cùm cesset peccatum cuius ratione fertur excommnnicatio. Item non tenetur quis reuelare si scit illum adcuius instantiam fertur excommunicatio non habere ius. Nauar. cons. 7. de sententia excommunicationis.

5 Quintò nemo tenetur denunciare emendatũ, vel emendandum ante correptionem fraternam, etsi

Digitized by Google

etsi Iudex id præcipiat; nisi quando fraterna correptio non est necessaria, vt in crimine hæresis, proditionis, & aliorum nocibilium Reipublicæ, vel quando non speratur emendatio. D. Thom. 2.2.q.73.art.7. Syl. ver. denuntiatio Sylua Nuptialis, Probus, Nauar. vbi supra. Nec debet reuelari debitore, qui est notus. Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2.

6 Sextò, qui probabiliter timet sibi aliquod graue damnum spirituale, vel temporale, siue inimicitiam capitalem euenturam ex reuelatione, non tenetur denunciare; quia nec tenetur testificari. Bald. Feli. in cap. dilectorum, de testibus cogendi. Nauar. c. 25. num. 50. Hinc familia excusatur à reuelando. Syl. & Angelus in verbo familia.

7 Septimò, non comprehenduntur subditi, qui tempore excommunicationis degunt extra territorium Episcopi excommunicantis. cap. 2. cum ibi notat. de constit. lib. 6. Nauar cap. 27 num. 6. Sed quid si aliquis tempore excõmunicationis erat impotens, absens, vel eam alio modo ignorauit, postea sciuit fuisse latam sententiam excommunicationis, contra non reuelantes, an sit obligatus reuelare quamprimum potuerit, sub eadẽ pœna excommunicationis? Sot. lib. 4. dist. 22. q. 1. art. 2. casu 1. videtur tenere esse obligatum ad reuelandum, vel restituendum, sub eadem pœna excommunicationis. Idem videtur affirmare. Nauar.

Digitized by Google

Nauar. cap. 25. num. 46. arg. cap. cum dilectus, de dolo, & contumacia, cum ibi not. Sed contrarium dicendum est, quòd nõ obediens, quàm primum potest, nõ incidit in eandem sententiam excommunicationis, ex quò illa sententia fuit lata contra illos, qui fuerunt contumaces, iuxta c. nullus, & cap. nemo 11. q. 3. Inter quos non fuit iste, sed opus esset noua sententia, contra istum nouum contumacem. Nec est verum, quod sententia excõmunicationis habet tractum successiuum; nam in continenti assumit vires in eum, cõtra quem fertur, secus si feratur per statutum, tunc enim compræhenduntur futuri contumaces; quia lex semper loquitur, l. Ariani, C. de hæreticis not. Abb. in c. à nobis, el primo, de sententia excommunicationis.

8 Octauò, quos pars vel Iudex non intendit includere, non compræhenduntur in monitorijs. Syl. Nupt. & Probus vbi supra. Sotus de Iustitia, & Iure, lib. 5. q. 3. art. 1. Nauar. cap. 27. num. 14. Vnde pater non præsumitur, quòd velit filiũ, qui eius bona surripuit, excommunicari, nec maritus vxorem, vt dicit notabiliter Sotus vbi supra; Et ideo non comprehenduntur. Quamuis teneantur ad restitutionem, quando graue est damnum. Hinc si aliquis fraudulenter in Curia Archiepiscopali Neap. obtineret monitoriũ asserens fuisse sibi sublata bona ascendentia ad valorem

Digitized by Google

lorem quiaquaginta docatorum, quod non obtineret, niſi per tali ſumma, & reuera non aſcendebant ad dictam ſummam, non comprehenduntur ſcientes, vel retinentes in tali monitorio. Idē quando partes ex pacto diſtulerunt ſolutionem; quia Iudex non intendit excommunicare, pluſquam pars, iuxta ſupradictos Doct. Et ex his poteſt inferri ad alia.

9 Nonò, ſcire dicitur, vt teneatur reuelare, qui cognoſcit per vnum, ex quinque ſenſibus corporis, l. qui teſtamēto, ff. de teſtamentis, l. 1. in principio, ff. de his, quæ in teſtamento delentur, vel ſi aliquid nouit ex confeſſione partis. cap. hoc videtur, 22. q. 5. Aut ſi id pro certo tenet ex aliqua iuſta ratione, Innoc. in cap. cum cauſam de Iuramento calumniæ, vel ex iuſta credulitate; nā teſtis de credulitate probat, quando reddit iuſtā cauſam credulitatis, cap. quoties, de teſtibus, & in pluribus alijs caſibus relatis per Felinum, & alios ibi, vel ſi audiuit ab aliqua perſona fide digna, iuxtà gloſ. ſing. in l. à Titio, ff. de condit. & demonſtrat. Si verò quis audiuit, ſed ignorat à quo, non tenetur reuelare. Idem ſi à perſonis non fide dignis; nam qui cito credit, leuis eſt corde, cap. non ſolum, 11. q. 3. vel ſi audiuit à perſona fide digna verum ſcit, quòd illa non plus nouit, quàm ipſe, nec id audiuit, ab eo, qui plus ſcit, quā vterque ipſorum; vel quando ille à quo audi-

Digitized by Google

uit, reuelauit; & quàmuis testis, de auditu, regulariter non probet, vt notatur in l. testium, C. de testibus; tamen tenetur reuelare, à quò audiuit; quia poterit Iudex ex officio interrogare illum à quò audiuit, qui fortè maiorem lucem afferet, & tutius esse reuelare censet. Franc. Marcus decis. 648. quia testes de auditu saltèm faciunt adminiculum, & præsumptionem. Archid. communiter receptus, in d. cap. hoc videtur 22. q. 5. In dubio autem, quando reuelans, nescit discernere dictas qualitates in illis, à quibus audiuit debet reuelare, ex regula iuris, quòd tutior via sit eligenda. Nauar. d. coroll. 66. num. 787. & in manu. cap. 25. num. 49. Præterea inhabiles ad testificandum, tenentur reuelare; quia eorum testimoniũ non omninò inualidum est; nam, & si nõ probẽt, faciunt tamen præsumptionem, glo. in c. primo in verbo ad testimonium de testibus in 6. & ibi Dominic. & Franchus, & eorum fides suppletur, ex magna fide contestis, iuxta communem in l. si quis ex argentarijs, §. cogentur per illum tex. ff. de edendo, & ex numero aliorum testium iuxta glo. in l. testium fides, in verbo numerus, ff. de testibus; vel in casu difficilis probationis. Bossius de indicijs nu. 177. Suppletur etiam fides ex adminiculis, coniecturis, præsumptionibus, & verisimilitudinibus, Crauet. cons. 35. Farinac. de testibus, q. 62. nu. 345. qui testatur de cõi opinione.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clericus habet beneficium, quòd non potest conueniri, nisi in quantum facere potest.*

2 *Clericus non tenetur cedere bonis.*

3 *Clericus constitutus in minoribus, gaudet beneficio cap. Odoardus, de solut.*

4 *Beneficio cap. Odoardus, de solut. non gaudet, qui nõ confitetur debitum.*

Nec dolosus num. 6.

Nec in delictis num. 7. & an respectu interesse partis, & quid in multis, ibidem.

Nec qui in ludo, vel luxuriosè viuendo bona consumpsit, num. 8.

Nec conuentus actione reali num. 9.

Nec pensionarius, pro pensione soluenda num. 10.

Nec laicus effectus Clericus in fraudẽ creditorũ nu. 11

Nec Clericus negotiator num. 12. Et quid in obligato in forma Cameræ, aut condemnato per tres sententias conformes? vel quando debitum est iuratum? num. 13.

Nec quando creditor est pauperior num. 14.

15 *Clericus, quando non gaudet beneficio c. Odoardus, & luit in corpore, quomodo debet luere.*

16 *Clericus non potest carcerari pro debito ciuili, limita, quando est periurus, vel debitum descendit ex delicto, aut est suspectus de fuga.*

17 *Clericus, an debeat detineri carceratus, pendente dis-*

Digitized by Google

cussione super admissione ad beneficium c. Odoardus.

18 *Paupertas Clerici est probanda, vt admittatur ad beneficium c. Odoardus, de solut. & quomodo probetur, & etiam Clericus tenetur indicare bona.* 1

19 *Beneficium c. Odoardus, an possit pluries obtineri.*

CAPVT TERTIVM.

1 HEquens est in Curia Archiepiscop. Neap. materia c. Odoardus, de solut. quam breuiter, & succincte enucleare opere prætium esse duxi. Habet enim Clericus, qui dicitur miles Cœlestis militiæ, ad instar militis armatæ militiæ, priuilegium, vt pro debito ciuili non possit conueniri, nisi in quantum facere potest. Glo. in l. miles, ff. de re iud. quàm sequuntur Bar. Alex. Ias. Ripa. Imola. Abb. Anchar. & idem Imol. in d. cap. Odoardus. Franchus in c. si Clericos, de sent. excomm. in 6. Felinus in cap cum ex officio, de præscript. Couar. lib. 2. variarum resolut. cap. 1. Beat. de inope debit. cap. 17. Caccialup. de deb. suspecto q. 5. Et hæc est magis cõmunis opinio, quicquid voluerit. Alber. in d. l. miles. Mathesila not. 61. Si enim miles terrestris militiæ habet hoc priuilegium, ne militiam deserat; quanto magis Clericus, nè deserat seruitium diuinum, & nè in opprobrium totius status Ecclesia-

Digitized by Google

clesiastici cogatur mendicare; sed, relicto ei patrimonio sufficienti ad victum, aut redditibus beneficij, pro honesta vitę substẽtatione assignatis, admittitur ad iuratoriam cautionem, de soluẽdo
2 debita, cùm peruenerit ad pinguiorem fortunam d.c. Odoar. & c. peruenit de fideiuss. Nec Clericus pro debito tenetur cedere bonis. Abb. Imol.
3 Anchar. in d. cap Odoardus, Couar. d. cap. 1. nu. 9. Beat. d. cap. 17. num. 8. Prædicto beneficio, c. Odoardus gaudet Clericus, non solùm in sacris, sed etiam in minoribus ordinibus cõstitutus, cum tex. loquatur simpliciter de Clerico, & Clericorum appellatione, in fauorabilibus, veniunt omnes addicti seruitio diuino; siuè in minoribus, siuè in maioribus ordinibus sint constituti. Abb. in Rubr. de vita, & honestate Cler. & in c. 2. de de cohabitatione Clericorum, & mulier. dummodo constitutus in minoribus alicui Ecclesię in diuinis seruiat. Non enim gaudere debent, qui minoribus ordinibus insigniri solent, vt uitijs, & criminibus liberius uacent, & Ecclesiæ non inseruiunt, vt dicunt Couar. d. cap. 1. Ioann. Guttierez de iuram. confirm. parte 1. cap. 17. Suarez in praxi 3. parte 2. tomi. c. vnico, Menoch. de Arbitrar. casu 183. Prosp. Farinac. de carceribus, quæst. 27. num. 69. Quemadmodum, nec Clericus in minoribus gaudet priuilegio fori, si Ecclesiæ in diuinis non inseruit; aut beneficium non habet

habet, cap. 6. sessio. 23. de reformat. Concilij
4 Trident. Et ita seruatur in Curia Neapolitana.

Amplia, vt Clericus non possit renunciare beneficio d. cap. Odoardus, etiam cum Iuramẽto, cùm sit inductum in fauorem totius ordinis clericalis, nè cogatur cum dedecore mendicare, ita Hostien. Io. And. in d. c. Odoar. Beat. Suarez. vbi supra. Quicquid dicat Guttierez. d. cap. 17.

5 Declara primò, vt non gaudeat prædicto beneficio, qui non confitetur debitum, vt est expressum in d. cap. Odoardus, & talis recognitio debiti potest fieri, etiam post sententiam, vt tradit Afflict. in decis. 379. Brun. de cess. bonorũ, q. 2.

6 Declara 2. vt dolosus non gaudeat prædicto beneficio, Verall. decis. 278. parte 1. Io. Bapt. Ferrett. conf. 144. Hinc infertur, quòd si Clericus, tempore contractus, sciebat se non esse soluendo, & falsò asseruit habere idoneas facultates, & esse soluendo, ratione doli non debet gaudere, ex tex. notabili in l. pen. ff. de iure dotium. Secus, si non asseruit habere idoneas facultates, ex reg. l. qui cum alio, ff. de reg. iur. Idem in doloso volente bonis cedere, dicit Brun. vbi supra q. 31. 4. q. princ. Infertur etiam, quòd Clericus, qui in fraudem creditorum bona consumpsit, nõ debet gaudere dicto beneficio, Io. Ferrett. vbi supra ex l. si quis dolo, ff. de re iud. & l. etiam, §. licet, ff. sol. matr. sicut, nec in hoc casu, debitor ad-

Digitized by Google

admittitur ad cessionem, vt tradit Brun. q. 28. dict. 4. q. princ. Nec etiã gaudet Clericus dicto beneficio, si debita contraxit, sub spe gaudendi dicto beneficio, Ferrett. cons. prædicto; Nec etiã debitor hoc casu gaudet cessione bonorum, iuxta tradita per Brun. vbi supra, q. 30. 4. q. princ. Nec etiam gaudet Clericus, qui bona occultat, vt dicit Beat. d. c. 17. num. 12.

7 Declara tertiò, vt Clericus non gaudeat dicto beneficio, in delictis; sed si non habet in ære, debet luere in corpore, ex reg. l. fin. ff. de in ius vocando, c. finem litibus, de dolo, & contumac. quod procedit, quando pœna pecuniaria est applicanda fisco, ad vindictam publicam; secus si pecunia sit soluenda parti, ratione interesse; quia, respectu dicti interesse, habet locum beneficium dicti capituli, ita Io. And. & Abb. in d. c. Odoardus. Idem Abb. in d. cap. finem litibus. Couarr. in d. cap. 1. Menoch. de arbitrar. casu 447. Et hæc est veritas, quicquid alij dixerint, quos refert Couar. d. cap. 1.

Subdeclara, quando pecunia soluenda parti, licèt ex parte recipientis, detur ratione interesse, ex parte tamen soluentis est pœna, nempe, si Clericus, iniustè litigans, fuit condemnatus ad expensas, propter indebitam vexationem, si non potest soluere, luet in corpore. Abb. in d. cap. finem litibus, num. 5. per illum tex. qui est clarus.

Pu-

Digitized by Google

Puteus decis. 56. lib. 1. Boer. decis. 349. Subdeclara 2. in mulctis, debitis fisco, ratione contumaciæ, vel liquidationis instrumentorũ, aut obligationum pœnes acta incusatarũ, alijsuè mulctis, in quibus Clericus, gaudet beneficio d.c. Odoardus. si quidem mulcta, propter paupertatem, in totum remittitur l. illicitas, ff. de offic. Præs. & nõ habens in bonis, nõ debet luere in corpore pro mulcta, Brun. vbi supra in 4. quæst. princ. num. 5. in fine. Clarus §. fin. q. 95. qui testatur de communi. Prosper Farinac. de delictis. q. 18 nu. 57.

8 Declara quartò, vt Clericus, si in ludo, vel luxuriosè viuendo, bona sua consumpsit, non gaudeat beneficio c. Odoardus, ità Ferrett. d. consi. 144. ex Bal. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt.

9 Declara 5. in Clerico cõuento actione reali; si quidem non gaudet, sicut nec maritus Bart. in l. maritum, ff. solut. matr. ità tenet Brun. 3. quæst. princ. nume. 14. vbi pariter dicit, pensionarium
10 non debere vti dicto benefitio cum eo, cui soluit pensionem: nam non est honestum, quòd dum beneficium obtinet, exceptione d. cap. Odoardus, vel alia, iuuetur. idem dicit Couarr. in d.c. 1.

11 Declara 6. in laico effecto Clerico, post debita contracta, in fraudem creditorum, Beat. d. c. 17. num. 22. qui ex mente Io. Andr. & Abb. in cap. 1. de obligatis ad ratiocinia, dicit, quòd si debitor fuit carceratus, vel citatus, tunc præsumitur

Digitized by Google

mitur clericatus assumptus in fraudem: aliàs non. In dubio verò non præsumi fraudem; nisi saltèm creditor fuerit iactatus velle debitorem conuenire efficaciter probat Farinac. de inquis. q. 8. numero 3.

12 Declara septimò in Clerico exercente illicitã negociationẽ, qui, sicut priuatur priuilegio Clericali, quoad collectas, cap. fin. de vita, & honest. Cler. ita debere priuari beneficio d. cap. Odoardus, tenet Brun. vbi supra, q. 3. in princ. num. 15.

13 Declara octauò, secundum Gomesium in cõpendio vtriusq; signaturæ, vt non gaudeat obligatus in forma Cameræ, aut condemnatus per tres sententias conformes; vel quando in obligatione adest iuramentum. Sed contrarium tenet Couar. d. cap. 1. cum nulla congrua ratio assignari possit, quare in his tribus casibus, Clericus gaudere non debeat prædicto beneficio, inducto in fauorem totius Ordinis Clericalis. Sequitur Beat. d. cap. 17. num. 6. & fuit obseruatũ in Curia Archiepisc. Neap. in obligato cum iuramento. Et in obligato in forma Cameræ, tenet Gallesius de obligat. in forma Cameræ, sexta parte. q. 7. Idem dicit Put. d. decis. 56. de condemnato per tres sententias conformes, cùm remedium appellationis sit iuridicum, & non debet pœnam mereri, qui facit actũ lege permittẽte, l. Graccus, C. de adulterijs; nisi quoad expensas, vt sup. dixi.

Digitized by Google

Declara nonò, vt non debeat gaudere Clericus d. beneficio, quando creditor eſt pauperior ipſo debitore; quia, in pari cauſa, debet præferri ille, qui tractat de damno vitando, cùm prima charitas incipiat à ſeipſo; ſed cùm neuter habeat vnde viuat, æquius eſt, creditorem præferri, qui repetit ſuum, quàm Clericum lucrari, vt his rationibus concludit Bar. in d.l. maritum, non debere Maritum gaudere beneficio, vt non poſſit conueniri, vltra quod facere poſſit, quando Mulier eſt pauperrima.

15 Quando verò Clerici debẽt luere in corpore, iuxta ſupradicta, poſſe verberibus cædi, tenet Boer. d. deciſ. 349. allegat tex. cum Gloſ. in c. quia 5. q. 6. Sequitur Farinac. de delictis, & pœnis q. 26. num. 12. Nihilominus Curia Archiepiſcopalis Neap. ſolet ipſos relegare in Inſulam, Iudicis enim arbitrio remittitur, qualis debeat eſſe iſta commutatio, l. 1. §. fin. ff. de pœnis. Gloſ. & Doct. in d. cap. finem litibus, Farinac. in d. q. 26. num. 12. Quando verò pœna ſoluenda, eſt minima, non debet fieri talis commutatio in corporalẽ, iuxta æquiorem opinionem, Boer. d. deciſ. Tiraquell. de Iudicijs in rebus exiguis, fol. 33. verſ. 7. Iaſ. in §. pen. de actio. licèt in contrarium ſit communis opinio, Clarus q. 95. ſed prima videtur ſeruanda in foro Eccleſiaſtico, ſaltèm de æquitate Canonica, vel poterit etiam debitor, ali-

Digitized by Google

aliquibus diebus, diutius in carceribus detineri; & prædicta commutatio in pœnam corporalem, poterit fieri etiam post sententiam; quamuis in ea nihil fuerit dictum de tali commutatione, vt dicit, & probat Thesau. decis. 232. Quicquid di-
16 cat Farinac. d. q. 26.

· Ex beneficio prædicto, q̃ Clericus non potest condemnari, nisi in quantum facere potest, sequitur, quòd pro debito carcerari non potest; id enim operatur hoc priuilegium, Aret. in l. alia §. eleganter, ff. sol. matr. Franch. qui in specie loquitur de Clerico, in cap. si Clericos, de sent. excommun. in 6. Couarr. Beat. Caccialup. vbi supra Farinat. de carcer. q. 27. num. 70. sed sequestrantur ei fructus beneficiorum, vel aliorum reddituum, relicta ei congrua portione. Poterit tamen carcerari Clericus pro debito, quando est periurus, quia debitum est iuratum, propter peccatum periurij, quod est graue c. hoc videtur, 22. q. 5. Ita not. Afflict. in Constitut. Regni, si quis Clericus, in 6. not. sub Rub. de clericis conueniendis, Brun. d. q. 3. princ. num. 17. & ad fundádum periurium, sufficit probare, quod tempus soluendi est elapsum, Felin. in cap. quærelam, de iureiur. in princ. Poterit etiam carcerati Clericus suspectus de fuga; & tunc etiam ab ipso creditore capi potest, si aufugiat cum bonis, Abb. in cap. cum non ab homine, de Iudic. Brun. d. q.

Digitized by Google

3. Couar. & Farinac. vbi ſupra. & eſſe comm. opi. teſtatur. Fel. in d. c. cum non ab homine: debet tñ, quãto citius poterit Iudici præſentare; & ſi Clericus offert ſatisfactionẽ propriã, vel cautionẽ idoneã, debet relaxari; alias creditor eſt excõicatus, iux. Bal. & Fel. in d. c. non ab homine. Itẽ poterit cãrcerari p debito proueniẽte ex delicto, Frãch. notab. in c. dilectus, de appel. per c. 1. de depoſito Marſ. in prax. §. attingã, nu. 70. Farinac. vbi ſupra. Poterit quoq; carcerari clericus obligatus in for. Cameræ, vt p Farinac. vbi ſupra. quicquid dicat Couar. d. c. 1. Nam praxis ſe habet in cõtrarium.

17 Sed dubium eſt, an Clericus debeat detineri carceratus, pendente diſcuſſione ſuper admiſſione ab beneficium d. c. Odoardus: & ex ſupradictis facile poteſt haberi reſolutio; ſiquidem, ſi Clericus eſt periurus, vel eſt ſuſpectus de fuga, carcerari poteſt; & poſteà cum cautione idonea, poterit habilitari. Quod autẽ ratione inſtrumẽti habentis executionem paratam, poſſit etiam carcerari vltra periurium, facit, nã cedens bonis, non poteſt carcerari, l. 1. vbi Bart. Bal. & alij C. qui bonis cedere poſſunt: & tamẽ poteſt carcerari vigore talis inſtrumenti, iuxta Angel. in l. nemo. C. de exactor. tribut. lib. 10. & in l. alia, §. elegantèr. ff. ſolut. matr. quem ibi ſequitur Paul. dicens, quod Iudices truffantur de dicto Baldi, contrarium dicentis in d. l. 1. & veriorem eſſe opinionem

Digitized by Google

nionem Angeli, dicit Alex. ibidem. Nec dicitur esse in damnum totius ordinis Clericalis, quòd Clericus, pendente tali discussione, maneat carceratus. In Curia verò Archiep. Clerici, vigore Instrumentorum prædictorum, & obligationum pœnes acta, carcerantur; quia ritus magnæ Curiæ Vicariæ 166. de liquidatione instrumentorũ, est receptus in Curia Archiepiscopali, vt in constitutione 54. & si post carcerationem petunt admitti ad beneficiũ prædictum, manent carcerari, donec discutiatur an gaudere debeant dicto beneficio. Quando verò petunt admitti ad d. beneficium, antequam carcerentur, curia diuersimodè cauet, si non recedas à prædictis, vt possint carcerari, quando adest periurium, vel suspitio fugæ, & dicta procedunt etiam, quando à Papa impetratur rescriptum super dicto benefitio, quia in verbis dispositiuis, semper solent poni illa verba, Facias, vt de Iure faciendum est; licèt secus dicatur in narratiuis; & verba dispositiua sunt attendenda, clement. 1. de præbendis, & quando debitor dicatur suspectus de fuga, latè tradit Menoch. de arbitrar. casu 87. lib. 2.

18 Præterea, vt admittatur Clericus ad d. benefitium est probanda paupertas, Staphileus de literis grat. & Iustit. fol. 159. Couar. d. cap. 1. Bru. dicto tractatu q. 26. vel per famam in uicinia; vel, quia visus est mendicare, vel alio modo, Iudicis arbi-

Digitized by Google

arbitrio, iuxta Glos. in authentica præterea C. vnde vir, & vxor. & tradita latè per Couarr. in lib. 2. variarum resolutionum cap. 6. & per Brun. d.q. 26. Nec probatur per solam assertionem petentis admittiad beneficium; nam qui eam allegat, probare debet, Glos. l. si verò, §. qui pro rei, ff. qui satisdare cogantur, Afflict. latè, decis. 377. Brun. d.q. 26. seruatur etiã in Curia Neap. quod Clericus tenetur ad instantiam creditori indicare bona, quæ habet, ut possit gaudere dicto beneficio, sicut cedens bonis tenetur indicare bona, Glo. & Bar. in l. pen. ff. tit. noui.

19 Vltimò notandum, quòd semel admissus ad beneficium prædictum, non prohibetur iterum admitti, quemadmodum bonorum cessio potest reiterari, Paul. de Castr. in l. ex contractu, C. de bonis auth. Iudicis possidendi, vbi etiam Salic.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à Iuramento conceditur solum ad finem agendi in Curia Archiepiscopali Neap.*

2 *Absolutio à Iuramento ad finem agendi conceditur sine partis citatione.*

3 *Absolutio à Iuramento ad finem agendi conceditur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, post periurium incursum, & quando, & ibi praxis Curiæ.*

4 *Absolutio à Iuramento, concessa post periurium incursum,*

Digitized by Google

sum, quando concedi non debebat, an sit nulla.

5 *Absolutio à Iuramento, si fuit concessa, & pars appellauit, potest absolutus, siue habilitatus agere, pendente appellatione.*

6 *Absolutio à Iuramento, quando non concedenda.*

7 *Periurium, an incurratur, per solam libelli oblationem, vel per litis contestationem, remissiue.*

8 *Absolutionem à iuramento, an possit concedere Episcopus, quando est dubium, an sit concedenda.*

9 *Absolutio à iuramento, à quo Episcopo sit concedenda.*

10 *Absolutio à iuramento in Curia Archiep. Neap. conceditur exteris, etiamsi iurauerint extra Regnum.*

11 *Absolutio à iuramento, potest impetrari sine mandato,*

CAPVT QVARTVM.

1 SEruatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, quòd absolutio à Iuramento, siue habilitatio, non conceditur, nisi solùm ad finem agendi, & experiendi de Iuribus suis, coram Iudice competenti, non autem ad finem excipiendi, quod multis retro annis in desuetudinẽ abijsse, testatur Gallesius de obligatione in forma Cameræ, parte 2. q. 2. Et conceditur sine partis citatione, ex stilo antiquo curiæ, iuxta consilium Oldrad. 120. Afflict. in decis. 120. qui testatur de magis communi, Gallesium vbi supra, Couarlib.

Digitized by Google

lib. 1. variarum resolut. cap. 4. si autem, alibi esset stilus contrarius, quod pars esse citanda. seruandus esset, vt latè tradit Ant. Gagliardus de absol.
3 à Iuramento, §. 1. Item seruatur in Curia Archiepiscopali, quòd aliquando datur absolutio, seu habilitatio à Iuramento, post periurium incursum, citata tamen parte, de quo vidi pluries dubitari; nam in tali casu ad Papam esse recurrẽdum, dicunt Feder. de Senis cons. 301. quia frustra legis auxilium implorat, qui in legem delinquit, cap. quia frustra, de vsuris, Anchar. consil. 198. datur enim materia peierandi, quã Episcopus uitare debet, c. si verò, de Iureiurãdo, Abb. Felyn. in cap. primo eodem titulo. Berous cons. 50. numero 64. libr. 1. Neuizanus cons. 23. Crauetta consil. 613. volumine 4. Anto. Gagliardus vbi supra §. 4. num. 2. Verùm ista conclusio Doctorum recipit aliquas limitationes, secundum quas procedit praxis Curiæ, & primo limitatur, quando periurus non perseuerat in peccato, ita dicit Abb. in d. cap. primo notabiliter, ponens exemplum in eo, qui vendidit propter metum, & inrauit non contrauenire; quia licèt peccauerit, contraueniendo, & inciderit in periurium: poterit tamen petere absolutionem, vt liceat sibi venire contra venditionem; hoc enim casu cessat perseuerãtia in peccato, & imponi ei debet pœni tentia de periurio, sequitur Fel. in d. cap. 1. Secundo

Digitized by Google

cundò limitatur, quando quis esset periurus absq; dolo, puta, si debitor non soluerit in termino, ex dolo, sed ex culpa; vel si aliter excusatur à periurio, ratione necessitatis, vel difficultatis; quia pœna apposita periuro, non habet locum, cessante dolo, Felyn. in cap. 1. ex Bald. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. Proconſ. nume. 15. & Glo. in cap. breui de Iureiurando. Tertiò limita, quando intra terminum Iudex præcepisset iuranti, nè solueret; quia in euentu termini, non incurrit periurium, Archid. in cap. authoritatem, 15. q. 6. Felyn. d. c. 1. qui dat cautelam, q̃ ante aduentum termini, facta aliqua fide de turpitudine iuramenti, obtineretur præceptū: & quamuis Ant. Gagliard. d. cap. 1. num. 34. teneat contra Abb. circa primam limitationem, absque efficaci ratione; opinio tñ Abbatis est recepta in Curia Archiepiscop. Neap. à tempore antiquissimo, & practicatur, quòd periurus petit absolutionẽ à periurio, & habilitationem ad finem agendi, allegans metum, vel læsionem, citatur pars, & datur terminus, ad probandum læsionem, & compilatur processus uia ordinaria, & probata læsione, vel metu, per sententiam diffinitiuam periurus absoluitur à quibuscunq; Iuramentis per eum præstitis, ac etiam à reatu periurij, per ipsum incursi ad effectum agendi, & experiendi de iuribus suis, & iniungitur ei pœnitẽ-

G tia

Digitized by Google

tia ſalutaris pro periurio. Si verò quis nollet probare læſionem, poteſt adire Summum Pontificẽ, & obtinere abſolutionem, in forma Gratioſa. Sed
4 quid, ſi concedatur abſolutio à Iuramento, poſt periurium incurſum, quando non eſſet concedẽda, an valeat? Petrus de Ancharano in d. conſil. 198. dicit, quòd aut peiurium non fuit expreſſum Iudici, & abſolutio non valet, per l. ſi prætor, ff. de Iudicis; aut fuit expræſſum, & tunc, ſi pars non fuit citata, eſt nulla; ſi verò fuit citata, eſt iniuſta; ſed valet, ſequitur Felyn. in d. cap. 1. & ſecundum hanc diſtinctionem videtur intelligendum conſilium Crauettæ 613. facit textus in cap. Paſtoralis, §. verùm, de appell. vbi iniuſta abſolutio ab excommunicatione valet; imò
5 ſi fuit conceſſa habilitatio à Iuramento, & pars appellauit, habilitatus pendente appellatione poteſt agere; quia appellatio non ſuſpendit pronũciatum, quãdo tractatur de ligamine animæ. Sic etiam appellatio non ſuſpendit abſolutionem ab excommunicatione, vt dicit notabiliter Felyn. in rub. de appell. poſt numerum primum. Et ita in praxi pluries obtinuiſſe dicit Vrſillus ſuper deciſ. Afflic. 188. & pluribus rationibus probat
6 Ant. Gagliardus vbi ſupra, §. 3. nu. 32. Solet etiã dubitari, an ſemper iſta abſolutio ſit concedenda, vltra ſupradicta de periurio; & concluſio ſit, non eſſe concedendam, quando nihil prodeſſet,

& futu-

Digitized by Google

& futura esset nullius momẽti, vt nẽpè, iuramentum non ligaret, vel viribus non subsisteret; quia pars agens non adimpleuisset contractũ ex parte sua. Neuizanus cons. 23. vbi dicit numquam concedendam esse absolutionem, quando parti potest esse consultum alia via, sequitur Ant. Gagliardus vbi supra, §. 1. num. 3. Item non debet concedi, quando appareret peti per calumniam, ex dictis per Iasonem in l. 1. ff. de officio Assessor. Neuizanus, Gallesius, Ant. vbi supra. Item non est concedenda, non solùm post periurium incursum, iuxta prædicta; sed etiam quando tempus, ità imminet, vt periurium incurratur, Neuizanus d. cons. 23. Ant. d. §. 1. num. 42. Affl. decis. 31. qui testatur Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam non fuisse solitam concedere citationem super absolutione à iuramento; nisi ad minus supersint 20. dies termini solutionis; dicit tamen Ant. vbi supra, prædicta procedere, quando ex culpa petentis absolutionem immineret periurium; secus si nulla culpa intercessisset. Hodie verò in Curia Archiepisc. Neapolit. conceditur absolutio ad finem agendi, etiam si vnus
7 dies termini solutionis supereresset. An autẽ quis dicatur periurus per solam libelli oblationem, vel per litis contestationem, contraueniendo? vide Bald. in auth. habita, C. ne filius pro patre, & in l. si quis maior, C. de transactionibus. DD.

Digitized by Google

in l. Lutius §. tres hæredes, ff. ad Trebellian. Alexand. conſ. 52. vol. 2. Ruin. conſ. 181. vol. 1. Verall. deciſ. 233. parte 1. Sed eſt dubium, an poſſit Epiſcopus concedere abſolutionem à Iuramento, quando eſt dubium, an ſit concedenda, vel ne? & recurrendum eſſe ad Papam dicit Inn. in cap. venerabilem de elect. Fel. in d. cap. 1. Innoc. in cap. cum contingat, eodem tit. Verùm communis opinio, eſt in contrarium, quòd poſſit Epiſcopus, de qua teſtatur Ant. Gagliardus d. §. 4. & tenet Abbas in d. cap. venerabilem, reſpondens ad illum textum, idem Fel. in c. 2. de ſponſ. Ant. de Butrio in cap. quanto, de Iureiurando, Geminianus in cap. fin. de foro competenti, in 6.

8 Sed aliud dubium eſt, à quo ſit concedenda abſolutio à Iuramento, ab Epiſcopo Iurantis, vel eius, cui iuramentum præſtitum eſt? & ſi ab Epiſcopo iurantis, an ſufficiat, quòd ſit domicilij, vel originis, licèt alibi ſit celebratus contractus? & magis communis opin. eſt, ꝙ à quouis Epiſcopo Iurantis ſit concedenda, coram quo conueniri poſſet, pro obſeruantia contractus. Calder. conſ. 1. de offic. ordin. & conſ. 6. de Iureiuran. Lapus alleg. 10. Aret. conſ. 142. Couarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. 4. num. 5. Capic. deciſ. 18. Ant. Gagliar. vbi ſupra, §. 4. num. 55. qui plura adducit pro hac communi opin. maximè, quando non requiritur partis citatio, vt ſeruatur in noſtra Curia

9

Digitized by Google

ria, Romanus in sing. 470. Est tamen notandum,
10 quòd in Curia Archiepiscopali Neap. ex antiquissima obseruantia absoluuntur omnes extei à iuramentis præstitis, etiam extra Regnum, quãdo accedunt ad Ciuitatem Neapolitanam animo litigãdi in M.C.V. vel in S.C. facit d. sing. Rom. dum allegat l. in contractibus, §. in omni, C. de nõ num. pec. not. per Annã alleg. 83. Vltimò notan-
11 dũ, ꝙ absolutio à Iuramẽto potest impetrari sine mandato, cùm sit gratia, & potest concedi absenti, & ignoranti; Felyn. d. cap. 1. iuxta notata in cap. Innotuit de elect. & in c. si tibi de præben. in 6. Debet tamen sequi ratificatio intra terminum præfixum ad soluendum, aliàs incurritur in periurium; ratificatio enim debet fieri in tempore, Rom. cons. 427. Miles in repetorio, in verbo ratificatio, Ant. Gagliar. latè vbi supra, num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ad cautelam fit ab omnibus censuris, excepto interdicto generali.*

2 *Absolutio ad cautelam fit, quando prætenditur sententia nulla.*

3 *Absolutio ad cautelam habet locum in censuris latis ab homine, non à iure; limita, vt ibi.*

4 *Absoluere ad cautelam non potest, qui directam absolutionem impendere nequit.*

Cita-

Digitized by Google

5 *Citatio partis, an requiratur in absolutione ad cautelam.*

6 *Absoluendus ad cautelam, an debeat aliquid probare.*

7 *Absolutio ad cautelam fit ex gratia.*

8 *Absoluere ab cautelam qui possint, & an Delegatus.*

9 *Absoluere ad cautelam potest Archiepiscopus pendente appellatione ab Episcopo ad Papam.*

10 *Absolutus ab excommunicatione, vt reducatur in eandem sententiam, an requiratur causæ cognitio, monitio, & noua sententia.*

11 *Absolutio ad cautelam quomodo facienda.*

12 *Absolutio ad cautelam non potest impetrari sine speciali mandato.*

13 *Canonicus potest petere absolutionem ab excommunicatione pro concanonico, sed non ad cautelam.*

CAPVT QVINTVM.

1 DE absolutione ad cautelam sæpissimè in Curia Archiepiscopali Neapoli dubitari contingit. Propterea lia qua circa eã annotãda censui. & Primò notandum, quòd absolutio ad cautelam potest fieri ab omnibus censuris, excepto interdicto loci generali. De excommunicatione habetur in cap. solet, & cap. venerabilibus, de sententia excommunicationis in 6. & in cap. per tuas, extra eod. De suspensione in c. vene-

Digitized by Google

venerabili eod. tit. & cap. apoſtolice de except. De interdicto, in cap. præſenti de ſent. excomm. in 6. vbi prohibetur relaxari ad cautelam interdictum generale Io. Andr. Io. Monach. Anchar. Dominicus, Franchus in d.c. ſolet.

2 Secundò notandum, q; abſolutio ad cautelam non eſt concedenda, qñ excom. fuit iuſta, neq; qñ iniuſta; quia ligat, c. 1. 11. q. 3. ſed ſolùm, qñ dicitur nulla, ex quauis cauſa nullitatis, etiam exemptionis, & eſt aliquod dubium de nullitate; aliàs, ſi ab initio conſtaret non eſſe nullam, non conceditur: & ſi conſtaret eſſe nullã ſtatim fiet abſolutio ſimpliciter, Io. Andr. Dominicus, Anchar. Franch. in d. cap. ſolet, habetur in d.cap. venerabilibus, §. ſanè; & qñ petitur, debet exprimi cauſa nullitatis, cùm ſic dubitetur, an ſit nulla, vel ne, vt dicit Franch. in d. cap. ſolet, Couarr. in cap. alma mater, de ſententia excommun. in 6. 1. parte relectionis, §. 12. num. 6.

3 Tertiò notandum, quòd abſolutio ad cautelã habet locum in ſententijs cenſurarum, latis ab homine, quia ille poſſunt eſſe iniuſtæ, & nullæ, nõ in ſententijs latis à Iure, de quibus non eſt dubiũ, quòd ſunt iuſtæ, & validæ; niſi occurrat probabile dubium iuris, vel facti, ita Ioannes Andreas, Dominicus Anchar. in d. cap. ſolet. Idem in ſententijs latis per ſtatuta ſynodalia, prout in ſententijs latis à iure, tenet Henricus de Bottis, de ſynodo

Digitized by Google

nodo Episcopi, part. 3. concluſ. 13. num. 112.

4 Quartò notandum, quòd, qui non poteſt directam abſolutionem impendere, nec poteſt abſoluere ad cautelam, Dominicus, & Franch. in d. cap. ſolet; & ſic non poteſt Archiepiſcopus Neapolitanus abſoluere ad cautelam à cenſuris Papę reſeruatis.

5 Quintò notandum, quòd in abſolutione ad cautelam, iuxta communem opinionem in d. c. ſolet, eſt citanda pars, niſi periculum eſſet in mora. Sed in contrarium ſe habet obſeruantia Curię Archiepiſcopalis Neap. & ferè omniũ Curiarũ, vt non citetur pars; ſi tamen ipſa compareat, & dicat non eſſe faciendã abſolutionem ad cautelã, propter manifeſtam offenſam, eſſet audienda, & probare debebit offenſam intra octo dies, probatur in d. cap. ſolet

6 Sextò notandum, quòd petens abſolutionem ad cautelã debet ſummariè, & ſaltèm ſemiplenè probare nullitatem excõmunicationis, de qua uis nullitate tractetur, etiam exemptionis, Rota in nouis deciſ. 310. Dominicus Franch. in d. cap. ſolet, Couar. in d. cap. 12. Felyn. in cap. Apoſtolicæ, de exceptionibus, & quando prætenditur nullitas, propter appellationem, quæ præceſſit excommunicationem, eſt probanda appellatio, ante excommunicationem, non vnius teſtimonio; niſi eo caſu, quo Iudex excommunicator

Digitized by Google

tor dicat se non credere appellationem præcessisse excommunicationem; sed esse paratum dare absolutionem, si ità sit, quòd post appellationem fuerit lata excommunicatio. Et deinde, per vnum testem sufficiet probare appellationem legitimam, vt dicunt Fel. & Couar. vbi supra; nihilominus in praxi seruatur, quòd, absque aliqua semiplena probatione nullitatis, fit absolutio ad cautelam.

7 Septimò notandum, quòd absolutio ad cautelam, fit ex gratia, & ad eam faciendam non potest compelli Archiepiscopus, vel alius, ad quem spectat, ita Io. And. Dominicus Anchar. Franch. in d. cap. solet; eamque potest facere Archiepiscopus, antequam incipiat de causa cognoscere, dicto cap. Venerabilibus, §. sed si ex causa.

8 Octauò notandum, quòd absolutionē ad cautelam potest impendere ipse excommunicator, & eius superior, & non alius, iuxta magis communem in d. cap. solet. Potest etiam eam impēdere Delegatus Papæ, iuxtà Archidiacon. in d. c. solet, Abb. & Dec. in cap. ad præsentiam, de appellat. & ita se habere praxim, testatur Couarr. d. §. 12. quamuis in contrarium sit communis in

9 d. cap. solet. Potest etiam Archiepiscopus, pendente appellatione ab Episcopo ad Papam absoluere ad cautelam; quia dicta absolutio potest impendi absque causæ cognitione, solùm præsti-

Digitized by Google

ta cautione de parendo mandatis Ecclesiæ, si apparuerit eum iustè excommunicatum; & quando non requiritur causæ cognitio, potest adiri Archiepiscopus, pendente appellatione ab Episcopo ad Papam, ità Ant. de Butrio, & Card. Alexand. notabiliter in cap. sollicitudinem, num. 1. de appellat. Potest etiam ordinarius absoluere testes excommunicatos ad cautelam, ad finem ferendi testimonium, cap. veniens el secondo, de testibus; dummodo veritas alio modo haberi nõ possit, & si testis ipse non petat absolutionem; sed pars, quando tamen prætenditur absolutio nulla, vt per Abb. & Felyn. in d. cap. veniens; & talis absolutio potest fieri per Iudicem causæ, licèt ille non excommunicauerit, vt latè tradit Felyn. in cap. pastoralis, de officio Ordinarij. num. 13. quinimò, secundum opinionem Ioan. Monachi in d. cap. solet, quam veriorem putat Couarr. in d. §. 12. etiam Delegatus Papæ potest absoluere testes, ad finem ferendi testimonium; testis verò sic absolutus, facta depositione statim reincidit in eandem excommunicationem sine alia monitione, & sententia iuxtà Host. Ioan. Andr. & cõmunẽ in d. cap. veniens, de qua testatur Decius cons. 145. vbi idem dicit procedere in quolibet absoluto cum reintendentia, plura adducens; sic etiam Canonicus absolutus, ad finem faciendi electionem, vt latè probat Felyn. in cap. ad re-

pri-

Digitized by Google

primendam, de offic. ordinar. non autem abso-
10 lutus purè, cum iniunctione satisfactionis, in qua si posteà deficit, vt reducatur in eãdem censurã, requiritur causæ cognitio, monitio, & noua sententia, sicut quãdo fertur excommunicatio. Idẽ si tractetur de reducendo male absolutum; vel de alia reductione, & hoc in sententia hominis, nõ canonis, in qua quis reincidit ipso iure, cap. eos, de sent. excom. lib. 6. ita not. Rota in nouis decis. 398. Abbas, & Fel. in d. cap. ad reprimendam Notandum ẽt, q̃ ista absolutio ad cautelam, fit cum cautione de parendo, si apparebit eum iustè
11 excommunicatum, vt habetur in d. cap. solet. & in ea debet exprimi causa nullitatis, & sufficit vti verbo relaxo, vel absoluo, secundum Ioannem, & Franch. ibi, & talis absolutus habebit participationem sacramentorum, & hominum, vt per omnes ibidem.

12 Vltimò notandum, quòd ad petendum absolutionem ad cautelam, requiritur speciale mandatum, Rota in nouis decis. 42. quæ dicit, quòd Canonicus potest pro concanonico petere absolutionem, ab excommunicatione, sine mandato;
13 non tamen ad cautelam, sequntur Doct. in d. c. solet.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clericus remissus ad Curiam Ecclesiasticam à Curia seculari vna cum actis, an possit constitui reus ex dictis actis, vel testes examinati coràm Iudice laico sint prius de nouo examinandi.*

2 *Iudex peccat non legitimè interrogans reum, nec reus cogitur dicere veritatem.*

3 *Confessio Clerici de delicto facta coràm laico, facit indicium ad torturam contra Clericum in foro Ecclesiastico, si sponte facta fuit.*

4 *Clericus debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum à Iudice seculari, vnà cum actis.*

5 *Copia actorum qualis esse debeat, quando trasmittitur à Curia seculari ad Ecclesiasticam vnà cum Clerico, si Clericus est inquisitus commisisse delictum cũ socijs laicis.*

6 *Remissio Clerici cuius expensis fierì debeat.*

7 *Iudex secularis remittens Clericum ad Ecclesiasticum cum ignominia debet puniri, & est excõmunicatus.*

8 *Clericus non declinans forum seculare debet puniri.*

CAPVT SEXTVM.

1 SEruatur in Curia Archiepiscopali Neapolitaua, quòd quando Clericus remittitur à Curia seculari vnà cum actis. constituitur reus ex actis factis, coràm Iudice laico; & si vult habere

habere dictos testes pro repetitis, proceditur ad vlteriora, & ad sententiam; aliàs repetuntur; non tamen de nouo examinantur, antequam constituatur reus. Multi Aduocati pluries dixerunt id
2 de Iure fieri non posse; siquidem Iudex peccat non legitimè interrogando reum; nec reus cogitur Iudici non legitimè interroganti veritatem dicere; saltèm enim debet præcedere infamia, semiplena probatio, aut expressa indicia, D. Thom. 22. q. 69. art. 1. ad 2. & ibi Gaetanus, & alij, Sotus de Iustitia, & Iure lib. 5. q. 6. art. 1. & 2. Nauarr. cap. 18. num. 58. & cap. 25. num. 36. sed acta facta coràm Iudice laico, nullatenus probant contra Clericum, cap. at si clerici, de Iudic. Ergò ex dictis actis Clericus constitui non potest, antequam de nouo examinẽtur testes. Secundò adducitur quòd non solùm Ecclesiasticus non tenetur stare processui facto à Iudice laico, iuxta omnes in cap. at si clerici; sed tenetur de nouo inchoare processum; aliàs non potest, nec procedere ad capturam contra clericum, nec inquisitionem formare ex processu fabricato à laico, vt dicit Ruin. cons. 7. vol. 5. num. 6. Sequitur Baldus ad Clerum, q. 36. num. 53. In contrarium se habet antiquissima obseruantia Curiæ Archiep. Neap. quæ sola sufficeret; est enim rationabilis, & legitimè præscripta, ad notata in cap. fin. de consuet. & contraria obseruantia tenderet in magnam Rei-

publi-

Digitized by Google

publicæ perniciem; siquidem, cùm clerici soleant detineri carcerati à Curia seculari per menses, & annos, antequam remittantur, difficile esset de nouo assumere informationes delictorum; sed remanerent impunita, quòd maximè euitare debent Episcopi, c. vt famæ, de sententia excomm. rarò enim possent haberi testes, qui interfuerunt delicto, & si haberentur vt plurimùm essent seducti ab inquisitis, neque multoties possent recordari, tàm bene eorum, quę viderunt, prout deposuerunt in prima depositione coram Iudice seculari. Nec potest dici vllum præiudicium fieri reo inquisito; nam repetitio facta in eius faciem, sanat omnem defectum. Pro hac obseruantia adducitur doctrina Baldi in Auth. Clericus, C. de Episcopis, & Clericis, vbi dicit, quòd Episcopus tenetur sequi acta coràm Iudice seculari, ad instructionem tantum, non ad punitionem Clerici, sequitur Lanfrancus decis. 399. & ità alibi in praxi seruari testatur Suarez in sua praxi 2. tomo, præludio 2. num. 12. Idem Bald. in l. eos, §. super his, C. de appellat. post Iacobum Butr. dicit, quòd talia acta facta coràm laico, proderũt ad aliqualem probationem, & informationem Iudicis Ecclesiastici; dummodo Iudex laicus tẽpore informationis ignorauerit inquisitum esse clericum, aliàs si sciret Iudex deberet puniri, sequitur Aufrer. in clem. 1. de officio ordinar. vers.

2. prin-

Digitized by Google

2. principaliter quæritur num. 21. fol. 14. Secun-
3 dò adducitur, quòd si Clericus sit confessus delictum, non per vim, coràm Iudice laico, potest torqueri à Iudice Ecclesiastico, si nolit perseuerare in dicta confessione, iuxtà veriorem opinionem Doctorum, quam latè defendunt Aret. & Decius in d. cap. at si clerici, quæ in Curia Archiepiscopali Neapolitana est vsu recepta; & successiuè ex actis factis coràm Iudice laico potest constitui clericus, cùm interrogatio necessariò debeat præcedere torturam, & est clarum, dictã confessionem probari ex actis factis coràm Iudice laico; & sic dicta acta aliquid probant. Ad idẽ facit, quòd iuxtà Glos. & Ant. de Butrio in d. cap. at si clerici, acta facta coràm Iudice laico, probãt contra clericum coràm Ecclesiastico ad imponendam pœnitentiam, cùm leuiores probationes sufficiant; tantominus erit interrogare reum. Est etiam clarum interrogationem debere præcedere pœnitentiam; aliàs clericus non auditus condemnaretur. Nec etiam est inconueniens, quòd ex actu nullo aliqui resultent effectus; nam inducitur declaratio voluntatis, l. fin. vbi Bartol. ff. de rebus eorum, inducitur etiam consuetudo, Decius, qui plures alios effectus adducit d. cap. at si clerici. Præterea non est textus, qui dicat, quòd acta facta coràm Iudice laico, nõ probent ad finem examinandi clericum, coram

Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiastico; textus enim in cap. at si clerici, dicit, quòd acta facta coràm laico non probant cõtra clericum ad condemnandum, vt notat Calderinus in consil. 12. de Iudic. non tamen dicit, vt neque ad interrogandum. Et ex his apparet, quam rationabilis sit obseruantia Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ. Non obstant adducta in contrarium; siquidem doctrina D. Thom. & sequacium, est intelligenda, quando habitu, licèt non actu adest semiplena probatio. Ita q; sequuta repetitione adsit actu, & alio modo intellecta damnarentur omnes Iudices; & ita seruatur in toto orbe, & vrbe, etiam coràm Papa, quòd prius constituitur reus, & posteà repetuntur testes, & Iudex aliter faciens reprehẽderetur; quãuis testes non repetiti dicantur esse nullius momenti, cap. 2. de testibus, & vix faciant argumentum, seù præsumptionem, Decius d. cap. 2. Gramat. decis. 34. non obstat cons. Ruini, nam verior opinio est, quòd acta facta coràm laico sufficiunt ad instructionem Iudicis Eccles. Nec etiam obstat textus in d. c. at si clerici, quia, vt dixi, procedit, vt talia acta non probent ad condemnãdum, non ad constituendum Clericum. In causis verò Sanctæ Fidei, quando aliquis remittitur ad Curiam Archiepiscopalem, vnà cum actis factis coràm Iudice laico, antequam constituatur reus, solet Curia de nouo examinatur testes; cùm laicus

Digitized by Google

cus sit Iudex penitus incompetens super crimine
5 hæresis, cap. vt inquisitionis de hæret. in 6. Notandum etiam, quòd Clericus debet remitti à Iudice laico ad Ecclesiasticum vnà cum actis, ità Iacobus Butr. & Bald. in d. §. super his, per illum tex. Aufrer. vbi supra. Insuper sciendum, quòd si Clericus inquiritur de delicto cõmisso vnà cũ 7
socijs laicis, debent transmitti omnia acta facta contra omnes; aliàs infirmatio esset imperfecta; si solùm copia testium deponentium contra Clericũ transmitteretur, cùm ex depositionibus aliorum testium posset constare de innocentia Clerici, & ita fieri mandauit Fel. mem. Comes Lementium huius Regni Prorex, cum suo Collaterali Consilio, in anno 1600. de mense Ianuarij, in causa Clerici Thomæ Pagani, inquisiti in magna C. V. de homicidio, & remissi ad Curiam Archiepiscopalem. Et solet Curia fæcularis ostendere secretò D. Vicario nomina aliorum complicum Clerici inquisiti, quando supprimuntur in copia actorum, transmissa ad Curiam Archiepiscopalem, vt quia processus adhuc est informati-
6 uus contra socios laicos. Cuius verò expensis debeat fieri remissio Clerici, DD. dicunt, quòd expensis ipsius Clerici, qui tenebitur soluere expensas custodum, & successiue actorum. Aufrer. vbi supra, nu. 22. Boer. decis. 303. Couar. practic. 3
quæstio. cap. 99. num. 5. & ita seruatur in Curia

Digitized by Google

Archiepiscop. Neap. quòd si clericus esset pauper, erit remictendus expensis Episcopi, qui remissionem petit, secundum eosdem, vel expensis instigatoris, aut iudicis laici capientis, si non remisit quamprimum sciuit esse clericum iuxta Boer. d. dec. 303. Sequitur Carau. super ritu 235

7 Idem dicendum, quando scienter carcerauit clericum. Talis verò remissio clerici debet fieri sine ignominia; nam si remictatur cum mitra, vel corona, aut tubis sonantibus, aut cum catena in collo, Iudex esset puniendus, & diceretur cõmittere vim publicam, l. lex iulia, vbi Bart. & Alex. ff. ad l. iuliam, de vi publ. & esset excommunicatus, ut dicunt Dominic. & Franch. in cap. si Iudex laicus, §. fin. de sentent. excomm. in 6. sequitur Carauit. super d. ritu, qui refert quendam Regentē Magn. Cur. Vic. fuisse priuatum officio, ex quo remiserat clericum ad Curiam Ecclesiasticam, cum catena in collo, quod dicit Carauita posse fieri, quando casus id requireret, sed raro verificari potest, nam poterunt ligari manus, aut pedes de quouis atroci crimine agatur. Neapoli verò seruatur, quòd clericus remissus per M. C. Vic. consignatur Procurari fiscali Cur. Archiep. vnà cum copia actorum, qui habet curam illum ducendi ad Curiam Archiepiscopalem cum om-

8 ni qua decet modestia. Notandum etiam, quòd clericus non declinans forum Iudicis secularis

debet

Digitized by Google

debet puniri arbitrio Episcopi. Bald. in l. 1. circa fin. C. de indic. vidui. tollenda, Aufrer. vbi supra, vers. tertio quæritur, num. 15. & in Curia Archiep. fuerunt ob hanc causam aliqui clerici missi in exilium, & de nouo puniti de delictis quoad quæ non declinauerant forum Iudicis secularis, & hæc nota.

SVMMARIVM.

1 *Clericus constitutus in minoribus seruiens Eccles. sine mandato Episcopi, an gaudeat priuilegio fori.*

2 *Clericus deseruiens Capellæ in Ecclesia existenti, quæ ab Episcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio assignata est, gaudet priuilegio fori.*

3 *Clericus nõ incedens in habitu, & tonsura, & delinquens, an ammittat priuilegium fori, si non fuit monitus.*

4 *Clericus effectus miles, an statim ammittat priuilegium fori.*

5 *Clericus in quibus casibus potest incedere sine vestibus clericalibus.*

6 *Beneficiatus, qui non potest adipisci possessionem beneficij, an gaudeat priuilegio fori.*

7 *Clericus habens pensionem, an gaudeat priuilegio fori.*

8 *Clericus beneficiatus si non incedit in habitu, & tonsura, an statim ammittat beneficium, absque aliqua sententia Judicis Ecclesiast. & successiuè non gaudeat priuilegio fori, si non habet alia requisita.*

Digitized by Google

9 *Fratantiam obtinens gaudet priuilegio fori, quia est beneficium Ecclesiasticum.*

10 *Beneficium Ecclesiasticum obtinens modici, vel nullius valoris gaudet priuilegio fori.*

CAPVT SEPTIMVM.

EX Conc. Tridentino, cap. 6. sess. 23. de reform. Clericus in minoribus constitutus, non gaudet priuilegio fori; nisi beneficium Ecclesiasticũ habeat, aut clericalem habitũ, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat; vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiẽdos versetur. 1 Fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an clericus inseruiens alteri Ecclesiæ, quàm illi, cui ex mandato Episcopi fuit adscriptus, gaudent priuilegio fori; & in anno 1586. Sacra Congregatio Concil. Tridentini Vicario Neapolitano petenti rescripsit per hæc verba. An clericus alteri Ecclesiæ inseruiens, quàm illi, cui fuit adscriptus, fori gaudeat priuilegio, Congregatio censuit gaudere. Romæ die 28. Decembris 1586. Ant. Card. Carafa. & ità seruatur in 2 hac Ciuitate. Declarauit etiam Sacra Congregatio super d. cap. 6. quòd Clericus, qui seruit Capel-

Digitized by Google

Capellæ exiſtenti in Eccleſia, quæ ab Epiſcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio aſſignata eſt gaudeat priuilegio fori. Sed dubium eſt, an
3 hodie clericus non incedens in habitu, & tonſura, quamuis ſeruiat in diuinis, ammittat priuilegium fori, ſi non fuit tèr monitus ab Epiſcopo ad reaſſumendum habitum, & de Iure cõmuni clericus non coniugatus ſi in habitu laicali conuerſetur, & delinquat, non ammittit priuilegium fori; niſi poſt trinam monitionem habitum non reaſſumpſit, Abb. in cap. cum contingat per illum textum, de ſententia excommun. cap. in audiẽtia el 2. eod. tit. Card. in c. perpendimus, d. tit. niſi immiſceat ſe enormibus, p d. c. perpẽdimus, vel exerceat actum omninò contrarium clericatui, nempè, ſi ducat vxorem; vel efficiatur miles,
4 & exerceat ſeua; aliàs, ſi ſolùm adſcriberetur militiæ, non ammittit priuilegium clericale, iuxtà Inn. communiter receptum in cap. 1. de Apoſt. ſed poſt Conc. Trid. Sacra Congregatio cenſuit, quòd non requiratur monitio, per illam dictionem, niſi, poſitam in d. c. 6. quæ excipit, l. actione, C. de tranſact. Decius in cap. ſi pro debilitate, de offic. Delegat. ſufficit enim, quòd Conc. Trid. ſit contrarium priori legi, vt eam tollat,
5 cap. 1. de conſt. in 6. In aliquibus tamen caſibus clericus excuſatur, ſi non deferat veſtes clericales, vt ſi iuſta cauſa timoris exegerit habitũ tranſ-

for-

Digitized by Google

formari, cap. clerici, de vita, & honeſt. clericorũ, clem. fin. eod. tit. vbi Gloſa, ſi propter infirmitatem, Capell. Tolos. deciſ. 104. ſi propter paupertatem, Imola in d. clem. fi. ſi in domo ob calorem maneat ſine veſte; uel alia rationabilis cauſa boni viri arbitrio excuſet, iuxtà textum in d. clem. vbi Gloſ. & DD. Eſt tamen notandum, q̃ unica omiſſio habitus non priuat clericum priuilegio clericatus; ſed eſt neceſſaria tanta perſeuerantia, ut publicè exiſtimetur laicus, ſecundũ conſilium Chriſoſt. de Caſtellio. quod refert, & ſequitur Proſper Farinac. de inquiſ. q. 8. nume. 58. Itèm declarauit Sacra Congregatio, quòd ſi aliquando ſeruitium diuinum intermittatur clericus gaudere debeat; uerba enim ſunt intelligẽda ciuili modo l. ſi cui, ff. de ſeruitutibus, & continuò quid dicitur fieri, quòd pro maiori parte temporis fit, DD. in l. 1. ff. ſolut. matr. Ant. Abb. Felyn. in prohem. decret. Dominicus, Franch. in prohem. ſexti. Sed ſolet dubitari, an clericus beneficiatus debeat probare poſſeſſionem beneficij, ut gaudeat priuilegio fori, iuxtà d. cap. 6. uel ſufficiat probare titulum, abſque poſſeſſione, Clarus in §. fin. q. 36. dicit, quòd debet probari poſſeſſio. Idem in Vrbe fuiſſe determinatum, dicit Farinac. d. q. 8. num. 45. Declarauit tamen ſa-
6 cra Congregatio, quòd ſi collatio beneficij eſt valida, & beneficiatus non fuit adeptus poſſeſſionem

Digitized by Google

nem propter intrusum, contra quem litem mouit, gaudet priuilegio fori, refert Paris. de resigna. beneficiorum. lib. 7. q. 1. num. 47. qui refert pariter Sacram Congregationem censuisse, quòd clericus habens pensionem solitam concedi clerico, gaudeat priuilegio fori, si in habitu, & tonsura incedat. Sed aliud dubium notabile est, an
8 clericus constitutus in minoribus beneficiatus, qui non incessit in habitu, & tonsura, carceratus pro delicto à Iudice laico, amittat priuilegium fori, tamquam non habens beneficium, si non habet alia requisita, iuxtà d. cap. 6. absque aliqua declaratione Iudicis Ecclesiastici, quòd sit priuatus beneficio, ob non delationem habitus; & videtur, quòd nulla requiratur sententia declaratoria, ex claris verbis bullæ Sixti V. de habitu, & tonsura, perquam declarantur beneficiati, qui incedunt sine habitu, & tonsura, vsque ad talos, priuati beneficijs, sine vlla monitione, citatione, Iudicis decreto, aut ministerio, & ipsa beneficia vacare censentur, ac liberè ab alijs impetrari possunt, & in claris non est opus coniecturis. In contrarium est veritas, quòd, quamuis de Iure imponatur pœna ipso facto, itaq; nulla requiratur sententia; debet nihilominus præcedere Iudicis sententia, non super pœna; sed super crimine, pro quo imponitur pœna, & declarari talẽ commisisse delictum, ità in crimine lesæ maiesta-

tis,

Digitized by Google

tis, & similibus dicunt Ioannes And. & Franch. in cap. felicis, de pœnis in 6. Probatur clarè in c. 1. de homicid. in 6. & in cap. cùm secundum, de hæret. eod. lib. & dicit Affl. post Bald. in cap. 1. de feudo sine culpa non amittendo, quòd, licèt vassallus commiserit aliquam culpam ad amissionem feudi, ipso iure, est necesse, quòd prius coràm Iudice competenti declaretur culpabilis, idem tenet Sotus de iustitia, iure, lib. 1. q. 6. ar. 6. Et proinde clericus dicitur beneficiatus, donec, saltèm præcesserit declaratio Iudicis Ecclesiastici, quòd non incesserit in habitu, & tonsura, & successiuè gaudebit priuilegio fori. Est etiam clarum dictam declarationem spectare ad Iudicem Ecclesiasticum; cùm tractetur de delicto clerici, & priuatione beneficij.

9 Præterea notandum, q̃ obtinens fratantiam gaudet priuilegio fori, quia est beneficiũ Ecclesiasticũ, cùm habeat quatuor requisita, quæ sunt de essentia, videlicet, vt conferatur clerico, ab Episcopo, vel alio Ecclesiastico, vt sit perpetuũ, vt habeat onus spirituale, vel spiritualitati annexum, vt est, associare cadauera defunctorum, iuxta Petr. de Ancar. in c. Beneficium, de regulis iuris in 6 Io. de Sylua de benefic. parte 1. q. 1.
10 & ita Neap. seruatur, ac sufficit, quod sit modici valoris, arg. c. si motu proprio, de præbend. in 6. Imò solus titulus beneficij absq; reditibus sufficit,

Digitized by Google

fecit, vt gaudeat, quia redditus non sunt de essentia beneficij: sed suprædicta.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatus ante annum potest puniri, si contenat excommunicationem.*

2 *Statutum Episcopi, quòd excommunicatus quolibet mense soluat certam pecuniæ quantitatem, est validum.*

3 *Episcopus potest præcipere officialibus locorum, quòd expellant excommunicatos.*

4 *Episcopus tenetur denuntiare excommunicatos, vt ab alijs euitentur.*

5 *Excommunicati per sententiam in excommunicatione vltra annum, qualiter sint suspecti de fide?*

6 *Cedulones deturpantes, sunt suspecti de hæresi.*

CAPVT OCTAVVM.

PRacticatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, quòd quando aliquis laicus excõmunicatur per Curiam, antequam absoluatur, fit ei præceptum cum cautione idonea, quòd contineat se domi, nec cum alijs conuersetur, donec fuerit absolutus, & in casu contrauentionis exigitur pœna. Quæ praxis fundata

Digitized by Google

est optimum iudex, siquidem excommunicatus, nō
solùm est suspectus de fide, si in excommunica-
tione perseueret vltrà annum, vt in cap. 3. sess. 25.
de reform. in Conc. Trid. Sed etiam ante annum
1 potest temporaliter puniri, si excommunicatio-
nem contemnat, ita Ioannes de Annania, & Fel.
in cap. postulasti, de homicidio. Couar. in cap.
alma mater, de sent. excom. in 6. in prima part.
relect. §. 7. & dicit Bal. in l. 1. C. de malefic. &
mathemat. quòd contemnens excommunicatio-
nem minorem, poterit non solum spiritualì, sed
etiam temporali pœna puniri, & quòd Ecclesia-
sticus id facere possit, dicit etiam Abb. in cap.
grauem, de pœnis, in quo textu clarè probatur.
2 & dicunt Doct. valere statutum Episcopi, quòd
excommunicatus perseuerans in excommunica-
tione quolibet mense soluat certā pecuniæ quan-
titatem, Hostien. in cap. ad aures, de simonia,
quem sequuntur communiter Doct. vt refertur
ibi Fel. & in cap. irrefragabili, §. cæterum, de
officio Ordinarij, Roman. sing. 359. & poterit im-
pediri absolutio, nisi prius soluatur dicta pœna,
quæ non exigitur pro absolutione; sed propter
contumaciam: licèt honestius sit, secundum Ho-
stien. vbi supra, quòd prius absoluatur, & postea
exigatur, sed non necessarium iuxtà Card. & Fe-
lyn. in d. cap. ad aures, & talis constitutio est in
Ciuitate Neapolitana, quòd perseuerans, in ex-

com-

Digitized by Google

communicatione permanentem, soluat vnum florenum: & potest (si opus est) implorari brachium seculare per capturam personæ, aut bonorum contra excommunicatum contemnentem excõmunicationem, Franc. Marc. decis. Delphinat. 660. probatur in d. cap. postulasti, & ibi notat
3 Felyn. & potest Episcopus præcipere officialibus locorum, & terrarum, quòd expellant excommunicatos ab eorum locis, & terris, infra biduum, quòd, si non fecerint, potest interdicere dicta loca, ex Concil. Basiliensi relato à Couar. vbi supra in 2. parte relectionis, §. 5. num. 5. Dicit etiam Franc. Marc. d. decisione, quòd Iudex secularis potest capere excommunicatum, sicut banditum, & ad instantiam Iudicis Ecclesiastici expellere ipsum à terra, nisi satisfaciat, quia æquiparatur bandito. Item debet Episcopus præcipere Iudicibus, sub pœna excommunicationis, nè excommunicatum recipiant, cap. decernimus, de sent. excommunicat. in 6. Potest etiam Episcopus in absolutione ab excommunicatione imponere pœnam pecuniariam conuertendam in pios vsus, Simanch. de Cattho. instit. tit. 27. nu. 50. & Curia Archiepiscop. Neap. laicis, qui clericos percusserunt, fuit solita imponere in absolutione
4 grauem pœnam pecuniariam applicandam pijs locis. Tenetur insuper Episcopus denũciare excommunicatos, nec potest dissimulare,

Digitized by Google

vt probatur in c. curæ, 11. q. 3. notat Abb. in cap. pastoralis, §. verum de appellationibus, & ibi etiã Decius, Vgolinus de censuris Ecclesiasticis. tab. 1. cap. 21. §. 2. & ex prædictis patet, quòd excõmunicatus contemnẽs excommunicationem, potest temporaliter puniri, & successiuè carcerari, & alijs pœnis plectis, & oclaã libuet, quàm rationabilis sit praxis Curiæ Archiepiscop. Est tamen aduertendum, quòd non omnis, qui non obedit sententiæ excommunicationis dicitur eam contemnere, vt dicit Dominicus in cap. de libellis, 20. distinct. sed contemptus ex coniecturis præcipi potest, Felyn. in cap. si quis, de maior. & obedientia. Et dicitur contemnere, qui monitus, pertinaciter se ingerit in diuina cap. si celebrat, de cler. excommunicato minist. non autem, qui ex aliqua causa particulari nempè, ira, non pareret superiori, secundum Felyn. vbi supra. Dicitur etiam contemnere, qui in termino sibi præfixo per Iudicem Ecclesiasticum, à quo fuit excõmunicatus, non soluit debitum, Franc. Marc. d. decis. 660. ex c. ex publico, de conuersione coniugatorum, & qui scienter, idest sciens, se esse excommunicatum, & dolosè celebrat, Abb. in d. cap. grauem, vbi etiam dicit, quòd, qui ante absolutionem petitam se ingerit hominum communi, & qui longo tempore absolutionem non petit, iuxtà d. cap. graue, dicitur contemnere censurã.

Con-

Contrà verò perſeuerantes in excommunicatione per annum, ſolet Curia procedere tanquam ſuſpectos de hæreſi leuiter, ſi non fuerint excommunicati in cauſa fidei; quia tunc habentur, vt hæretici, cap. cum contumacia, de hæreticis in 6. Eymer. in 2. parte directorij, q. 47. Procedit etiam curia contra deturpantes, vel lacerantes cedulones affixos, quia videntur male ſentire de poteſtate Prælatorum, & cenſuris Eccleſiaſt. prout dicit Marcus Antonius Columna relatus à Franc. Pegna in commentario 24. 3. partis director. inquiſitorum, & tantò magis procedit contra illos, qui in contemptum excommunicationis ſolent dicere, che ſcommunica, che ſcommunica.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi committat delictum, & poſtea ducat vxorem, punitur à Iudice Eccleſiaſtico.*

2 *Relegatus à Iudice laico, ſi pendente relegationis tempore, efficiatur clericus, ſi frangat relegationem à quo Iudice ſit puniendus pro dicta fractura?*

3 *Clericus relegatus à Iudice Eccleſiaſtico ſi durante relegationis tempore efficiatur laicus, & frangat relegationem, à quo Iudice ſit puniendus pro dicta fractura?*

4 *Familia Epiſcopi an gaudeat priuilegio fori.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT NONVM.

1 CLericus si committat delictum tẽpore clericatus, & post delictum ducat vxorem, adhuc est puniendus à Iudice Ecclesiastico; quia tempus delicti inspicitur; Bal. in l. affinitatis. C. communia de succeſſ. Gramat. latè decis. 10. qui refert ità fuisse decisum in Sacro R. Consil. Item clericus, qui dũ esset laicus, fuit
2 relegatus à Iudice laico, & pendente relegatione effectus est clericus, si frãgat relegationem postquam assumpsit clericatum, non potest puniri à Iudice laico pro fractura prædicta; sed est puniendus ab Ecclesiastico, cum sit nouum delictũ commissum à persona, cuius status est mutatus, & effecta exempta, vt tradit doctissimus, & meritissimus sacri Consilij Neapol. Præses Vincentius de Franchis decis. 395. & faciunt adducta per Aduar. Vallascum lib. consultat. tom. 1. consult. 48. concludens, nec teneri Iudicem Ecclesiasticum in hoc casu stare processui Iudicis laici, qui posuit poenam relegationis, ad quem te remitto. Sed dubium est, an clericus relegatus à curia
3 Ecclesiastica, si durante relegatione efficiatur laicus, & frangat relegationem, possit puniri pro fractura prædicta à Iudice Ecclesiastico, & du-

plica-

Digitized by Google

plicari pœna, Alber. in l. meminisse, ff. de officio Proconsul. tenet, quòd non ab Ecclesiastico, sed à laico Iudice condemnari debeat; quia est nouũ delictum commissum à persona, cuius status reperitur mutatus, & effectus non subditus, sequitur D. de Franch. d. decis. sed in contrarium se habet obseruantia Cur. Archiepiscopali Neap. pro qua facit, quòd mutatio fori post sententiam non mutat prioris Iudicis iurisdictionem, l. cùm quædam puella, ff. de Iurisdictione omnium Iudic. sed iurisdictio Iudicis Ordinarij durat, vt possit perpetuò suam sententiã tueri, & non obseruantes coercere, nè reddatur eluſoria, l. 1. ff. nè vis fiat ei, l. egi, l. harum, ff. si seruitus vendicetur, Glos. & Doct. in cap. quærenti, de officio Delegat. ergò ad Ecclesiasticum pertinet; alias eius iurisdictio redderetur eluſoria. Hinc Delegatus, qui simul atque protulerit sentẽtiam functus est officio suo, & tamen habet annum ad ipsam exequi faciendum, & non obseruantes coercendũ, vt dicit tex. in d. cap. quærenti, & ibi Ioannes Andr. communiter receptus in Glos. dicit, quòd, si Delegatus misit victorẽ in possessionem pacificè, qui de nouo expellatur à victo, licèt videatur noua iniuria & nouum delictum, tamen, quia respicit eius sententiam, & est sequela præcedentis facti, potest Delegatus se intromittere, & defendere missum, quamuis functus sit officio suo,

nè

nè eius iurisdictio reddatur elusoria, sic in casu nostro, istud nouũ delictum versatur circa inobedientiam, & inobseruantiam pœnæ impositæ ab Episcopo, qui, sicut potest punire etiam effectũ laicum post delictum, tantò magis ad obseruantiam pœnæ constringere. Præterea, non potest negari, per inobedientiam, & inobseruantiam pœnæ offendi iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, qui condemnauit, ergò ad eum spectat punitio; licèt aliàs non esset Iudex propter offensam iurisdictionem, vt dicit Paulus de Castro in l. addictos, C. de Episcopali audientia, per illum textum, & iuxtà tradita per eundem D. de Franchis decis. 147. ex l. nullum, C. de testibus. Nec est eadem ratio in laico effecto clerico post relegationem, propter omnimodam exemptionem personæ clerici, iuxtà latè tradita per Couarr. libr. pract. quæst. cap. 32. & per Clarum, §. fin. q. 36. Ad euitandum tamen differentias solet Curia Archiepisc. in sententia condemnationis exilij, vel relegationis, in casu fracturæ, ex nunc, prout ex tunc, apponere pœnam carceris triremium,
4 vel duplicationis exilij. Sciendum etiam, quòd, licèt aliqui DD. dubitent de familiaribus clericorum laicis, an gaudeant priuilegio fori; omnes tamen communiter concludunt, familiares Episcopi gaudere dicto priuilegio fori, ex cap. fin. de officio Archidiac. vbi omnes, Abb. in cap. 2. de

foro

Digitized by Google

foro compet. Doctissimus,& optimę conscientię Antonius Capicius decis.12. Thesaur. decis. Pedemont.22.num.6.Clarus in §.fin.q.35.num.11. Viuius decis.116. lib.1. Prosper Farinac. de inquisit.q.8.nu.46. qui testatur de communi opin. Et Curia Archiepiscopal. Neap. est in hac quasi possessione, & in anno 1594. fuit remissus ad Curiam Archiepiscopalem Iosephus Vinaccia laicus familiaris Curiæ, inquisitus in Magna Curia Vicariæ de delictis commissis in hac Ciuitate extra officium, quòd gerebat. Processus est in banca de Rugerio.

SVMMARIVM.

1 *Testes laici compelluntur censuris à Iudice Ecclesiastico, ad deponendum coràm eo.*

2 *Iudex laicus tenetur compellere testes laicos, ad deponendum coràm Iudice Ecclesiastico, ad requisitionem ipsius.*

3 *Testes laici quando possint carcerari, torqueri, & puniri per Curiam Ecclesiasticam?*

4 *Testis conuinctus de mendacio, ex dicto alterius testis dignioris, an possit torqueri?*

5 *Socius criminis laicus torquetur à Iudice Ecclesiastico, ad validandam eius depositionẽ contra clericum.*

6 *Aduocati, Notarij, partes, & alij delinquẽtes in actu iudiciario corã Iudice Eccles. possunt ab ipso puniri.*

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM.



I In hoc cap. non agitur de testibus examinãdis in causis Sanctę Fidei, qui possunt ab Episc. carcerari, & compelli sine dubio, c. vt officium, de hæret. in 6. Bulla Pij v. si de protegendis

Larum est testes, siue clericos siue laicos posse compelli censuris per Iudicem Ecclesiasticum ad perhibendum testimonium veritatis, coràm eo, iuxtà cap. 1. cap. super eo, cap. peruenit, 1. & 2. cap. cæterum, cap. cùm contra, de testibus cogendis: siue in causa ciuili, siue in causa criminali, iuxtà veriorem opinionẽ, Host. in cap. dilectorum, eodem tit. quæ est vsu recepta, vt testatur Foller. in praxi Canonic. ver. testibus diligenter examinatis, Clarus in §. final. q. 23. num. 19. Prosper. Farinac. de testibus, q. 78. num. 116. Et ità seruatum fuit à tempore immemorabili in Curia Archiepiscopali Neapolitana, quòd censuris compellit laicos ad ferendum testimonium in ea; & in anno 1561. sub die 28. Decembris Sereniss. Philippus II. Hispaniarum Rex Fidei, & authoritatis, ac potestatis Ecclesiasticæ accerrimus defensor per literas directas Proregi Neapolitano mandauit non impediri testes laicos, quominus in Curia Ecclesiastica censuris deponere compellãtur: quinimò asserentes Ecclesiam non posse compellere censuris laicos ad deponendum, videntur negare illud Euangelij Lucæ c. 22. Ecce duo gladij hic. & Iudices laici impe-

Digitized by Google

impedientes essent excommunicati in bulla cœnæ tamquam impedientes Episcopos iurisdictione Ecclesiastica vti. Sed quia persæpe laici potiùs patiuntur censuras, quàm velint deponere in Curia Ecclesiast. vel tardant accedere ad deponendum, donec excommunicentur, & interim non capiuntur informationes delictorum; imò de
2 struuntur, in graue damnum Reipublicæ, oritur dubium, an Episcopus possit implorare brachium seculare, vt dicti laici renitentes deponere carcerentur, ad finem capiendi informationes, & Iudicem laicum nolentem præstare brachium excommunicare? Et veritas est, quòd tale brachium præstari debeat, ex cap. 1. de offic. ordinar. in quo tex. habetur, quòd in inquirendo, vlciscendo, & iudicando scelera, possint Episcopi implorare brachium seculare; & sic etiam, dum inquirunt, sunt adiuuandi à Iudicibus secularibus, & nolentes præstare brachium, possunt excommunicare, iuxtà Innoc. & alios in d. cap. primo; equidem nimis iniustus, & inimicus Reipublicæ esset Iudex laicus, qui statim requisitus ab Episcopo id non faceret, & in anno 1598. cùm quidam Clericus occidisset quendam iuuenem in hac Ciuitate, D. Fabius Riccardus Regius Consiliarius, tunc Iudex criminalis Magnæ Curiæ Vicariæ vir doctrina insignis, & summa laude dignus personaliter accessit ad Curiam Archiepis.

Digitized by Google

Neapol. & secum carceratum duxit dictum Clericum, & omnes testes laicos verisimiliter informatos de homicidio, quos carceratos reliquit in carceribus Curiæ Archiepiscopalis, vt testimonium ferrent coràm D. Vicario Neap. qui cùm deposuissent, fuerunt à carceribus liberati. Hinc etiam, quando aliquod delictum committitur à clericis in carceribus Curiæ secularis, vel alio loco laicorum, non potest Iudex Ecclesiast. impediri, quin in dicto loco informationem capiat? ex eadem ratione; quia in inquirendo tenetur laicus pręstare brachiũ Episcopo. Et in anno 1598. cùm quidam clericus carceratus in carceribus Magnæ Curię, remissus ad Curiam Archiepiscopalem, antequam consignaretur Procuratori Fiscali Curiæ Archiepiscopal. occidisset quendam laicum, intus dictos carceres Magnæ Curiæ, licèt à principio fuerit per d. M. C. contradictũ; tandem officiales Curiæ Archiepiscopalis accesserunt ad carceres dictæ Magnæ Curiæ, & cæperunt informationem: imò D. Ludouicus Acerbus tunc Regens dictã Curiam vir meritissimus, ac timoratus libentissimè permisit, ꝙ officiales Curię Archiep. compellerent testes laicos cõpedibus, & arctioribus carceribus, & prout melius eis videretur, ad deponẽdum veritatem super dicto homicidio. Et quando Curia Archiepiscop. voluit examinare testes laicos carceratos in Magna

Digitized by Google

gna Curiá, aliquando misit officiales suos ad eã & aliqñ ad Palatium Archiep. illos duci fecit, vt apparet in causa D. Galeatij Portę in anno 1598.

3 Aliud dubium est, quando testes laici possint carcerari, torqueri & puniri per Curiam Archiepiscopalem? & veritas est, quòd, quando deponunt falsum, vel vtuntur fraude in depositione, ex l. nullum, C. de testibus, Affl. decis. 219. Dicitur autem testis vti fraude in depositione, quando tacet veritatem, vel in loquendo versutè, & non dicendo benè factum, vel non reddendo rationem scientiæ veram, vt eius dictum non probet, nempè, si vidit factum, & reddit rationem famæ,

4 vt dicit Bal. notabiliter in d. l. nullum. Hinc, si ab alio teste digniore cõuincatur, quòd interfuit facto, poterit ratione mendacij torqueri, Bar. in l. vnius, §. Iudex, ff. de quæst. Boss. de tortura testium, num. 10. Prosper. Farinac. de testibus, q. 69. num. 21. qui alios adducit. Hinc testis vacillans, varius, aut contrarius, poterit torqueri, iuxtà l. ex libero, ff. de quæst. vbi Bart. & latè tradit Farinac. vbi supra vel, si verisimiliter informatus de aliquo facto tacet veritatem, secundum Bal. in l. non solùm, C. ad l. Iuliam, de adult. & l. dñs horreorum, ff. locati, vel si spontè se offert examini, propter suspictionem; quia est suspectus de falso, Bart. in d. l. ex libero. Boss. & Farinac. vbi supra, & in alijs casibus, in quibus

testes

Digitized by Google

teſtes vtuntur mendacio, aut fraude in depoſitione, quos diffuſſe recenſent, Boſſ. & Farinac. vbi ſupra. Et Curia Archiep. ob prædictas cauſas carcerat teſtes laicos, & procedit contra eos, & quando reperit ipſos falſum depoſuiſſe, ſolet cõdemnare ad triremes, & fuſtigari facere per Ciuitatem Neap. Item Curia Archiep. Neap. torquet laicos ſocios criminis, ad validandam eorũ depoſitionem, contrà clericos inquiſitos: & ità quotidie ſeruat, & nouiſſimè in anno 1600. id ſeruauit cum quodam laico Hieronymo Bottone, qui depoſuerat ſe ſpoliaſſe quandam defunctam de ordine cuiuſdem Presbiteri, qui laicus fuit in faciem dicti Presbiteri tortus, ad validandam eius depoſitionem. Pro hac obſeruantia facit, quòd conceſſa vna re, cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus perfici non poteſt, cap. præterea, de offic. delegat. l. 2. ff. de iuriſd. omnium Iud. ſed laici in quacumq; cauſa poſſunt compelli ad deponendum coram Eccleſiaſt. vt ſupra dixi, ergo poſſunt torqueri, vt depoſitio eorum valeat; aliàs fruſtra fieret depoſitio, nec poteſt hoc caſu tortura inferri per Iudicem laicum; quia acta facta coràm laico non probant contrà clericum, cap. at ſi clerici, de Iudic. Itèm ſocius criminis torquetur; quia eſt infamis, quæ infamia trahit ſecũ ſuſpictionem non dicendi veritatem, iuxtà l. ob carmen, §. ſi ea rei conditio, & ibi Odofred. & alij,

5

depoſitio nec tortura ſotio infert ad pœnã, ſed ad eruẽdam veritatem, & ideo indultatus pót torqueri, D. de Franchis deciſio 459.

Digitized by Google

alij, ff. de testibus; & sic poterit torqueri, ob prædictam suspictionem non dicendi veritatem, iuxtà supradicta. Prætereà Iudices laici tenentur adiuuare Ecclesiast. ad inquirendum contra clericos, vt supra dixi, ex d. cap. 1. de offic. ordic. sed alio modo non probaret depositio laici socij criminis; nisi torqueretur ab Ecclesiast. ergo Iudices laici non debent id impedire; aliàs possent excommunicari.

6 Poterunt etiam puniri à Iudice Ecclesiastico Aduocati, Notarij, partes, & alij, qui aliquod delictum in actu iudiciario coràm eo committũt, Bart. in l. si quis obrepserit, ff. de falsis.

SVMMARIVM.

Laici offendentes cursores Curiæ Archiepiscop. Neap. exequentes eorum officium, puniuntur ab eadem Curia.

CAPVT XI.

SEruatur in Curia Archiepiscopali Neapoli, quòd laici offendentes cursores eiusdem Curiæ exercentes eorum officium carcerantur, & puniuntur per eandem Curiam Archiepiscopalem, ratione offensæ iurisdictionis, quæ prorogat in eam iurisdictionem, Paulus de Ca-

Digitized by Google

Castro in l. addictos, C. de Episcop.audient.per illum textum, qui loquitur in specie, quando offenditur familia Iudicis exequẽs suum officium: & licèt hodie ille tex. non procedat cõtrà clericos per notata in cap. 1. de noui oper.nunc. & in cap. Ecclesię S. Mariæ, de constit. ex eo tamen clarè colligitur, q̃ ratione offensæ iurisdictionis, qui aliàs nõ erat Iudex, efficitur Iudex. Idem probatur in l. nullum. C. de testibus, & tenet Dominus de Franchis decis. 147. licèt in dicta decis. ex alia causa non fuerit facta remissio: & in hac possessione est Cur. Archiep. Neap. & nouissimè in anno 1599. carcerauit, & puniuit quendam venditorem chirochetarum, qui violentas manus injcerat in cursores Curiæ exequentes pęnã contra eum, ob non obseruationem festorum. & in anno 1600. puniuit, & carcerauit alios offendentes cursores Curiæ exequentes eorum officium, & quotidiè hanc exercet iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Executio in bonis clerici reconuenti coràm Iudice laico, ac condemnati per ipsum, debet fieri per Iudicem Ecclesiasticum, & non laicum.*

2 *Clericus in quibus casibus non possit reconueniri coràm laico? remissiue.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT XVII.

1 QVando aliquis clericus reconuentus apud Iudicem laicum, fuit ab ipso condemnatus, solet Vicarius facere præceptum Iudicibus, & alijs, nè molestent in persona, aut bonis clericum, sine licentia ipsius Vicarij, sub pœna excommunicationis: & posteà visa sententia, ac processu Iudicis secularis, mandat executionem fieri contra clericum, idque ex illa ueriori Doctorum opinione, quòd Iudex laicus non potest exequi, nec in persona, nec in bonis clerici reconuenti; sed executio spectat ad Ecclesiasticum, ut dicunt Abb. antiq. Imola in cap. postulasti, de foro compet. Host. Marian. Socin. in cap. 1. de mutuis petit. & ibidem Clarius Ant. de Butr. num. 20. in fine, Viuius decis. 46. vol. 1. facit textus notab. in cap. seculares, de foro competen. in 6. & ibi Philipp. Franch. dicit nullam executionem posse fieri à Iudice laico in bonis clerici; sed esse faciendam à Iudice Ecclesiastico. & si persona clerici distringeretur esset Iudex laicus excommunicatus ex c. si quis suadente, 17. q. 4. In quibus autem casibus clericus non possit reconueniri coràm laico? vide Aufrer. de potest. secular. super Ecclesia reg. 2. Mar. Soc. ind. c. 11

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Laici fideiussores clericorum possunt conuenire coràm Episcopo.*

2 *Laici possunt prorogare iurisdictionem Judicis Ecclesiastici, sine licentia suorum superiorum.*

3 *Laici carceranter ab Episcopo, & aliis pœnis temporalibus constringuntur in causis coràm ipso vertentibus.*

CAPVT XIII.

1 SEruatur in Curia Archiep. Neap. quòd laici fideiussores clericorum, qui foro Eccles. se submiserunt carcerantur per cursores prædictæ Curiæ, vt pœnam fideiussionis soluant, & eorum bona venduntur per eosdem cursores, sine licentia Iudicis secularis. Pro qua obseruantia fabit, quòd de iure communi laici possunt prorogare iurisdictionem Episcopi & se eius foro submittere, l. si qui, l. Episcopale, C. de Episcopo Aud. ubi omnes; nec requiritur licentia superioris laici, Bart. in l. 1. §. & post operis, ff. de noui oper. nunciat. Franc. Marc. decis. Delphin. 82. incipiente, an Notarius, & dicit Ant. de Butrio, in cap. 1. de Iudic. per illum textum, quòd

2

pactum

Digitized by Google

pactum de respondendo coràm Iudice non suo, factum in præsentia Iudicis, & Iudice acceptante paciscentem iurisdictioni Iudicis submittit, adeo, quòd non est locus pœnitentiæ. Prætereà adducitur textus clarus in cap. ex rescripto, de iure iurando, vbi laicus fideiussor clerici conuenitur coràm Episcopo, propter iuramentum præstitũ in fideiussione, ut quotidiè fit, & ibi id notant Abb. Ant. Imola, Petrus de Anchar. ad idem tex. in cap. fin. de foro comp. in 6. Quinimò statuentes contrarium, essent excommunicati in bulla Cœnæ Domini, tamquam statuentes contrà libertatem Ecclesiasticam; siquidem clerici non inuenirent fideiussores, & in carceribus macerarentur; non enim Curia prædicta de facili solet admittere fideiussores clericos, tùm, quia non possunt condemnari, nisi in quantum facere possunt cap. Odoardus, vbi Doctor. de solution. & diximus suprà in cap. tertiò tùm quia, cùm clerici fideiussores carcerantur, seruitium diuinum omittitur, nec Curia admitteret fideiussores laicos, si ipsos compellere nequiret per seipsam; sed per uiam implorationis brachij Iudicis secularis, qui uellet, ut plurimùm uidere processum, antequam illud præstaret, iuxtà tradita in cap. 1. de officio ordinar. & proindè tale statutum prohibens clericis non prohibita eis à lege canonica, uel diuina, imò permissa, dicitur esse contrà liber-

Digitized by Google

tatem Eccleſiaſticam iuxtà Abb. Ant. Imol. & Felyn. latè in cap. Eccleſiæ S. Mariæ de conſtit.
3 Eſt etiam de iure verior opinio, quòd laici in caſibus, in quibus poſſunt conueniri coràm Epiſcopo, poſſunt carcerari, & alijs pœnis tẽporalibus puniri, antequam excommunicẽtur, Dominicus, & Franchus in cap. cùm Epiſcopus, de offic. ordin. in 6. Felyn. in cap. cùm ſit, de foro compet. Aufrerius in clem. 1. de offic. ordinar. in princ. verſ. ex præmiſſis, Couar. lib. pract. quæſt. cap. 10. & hodiè eſt expreſſum in Concil. Trident. cap. 3. ſeſſ. 25. de reform. Sic etiam Curia procedit contrà non obſeruantes dies feſtos, ad pœnam pecuniariam. Adeſt etiam in Regno capitulum 104. quòd Prælati in criminibus Eccleſiaſticis cognoſcunt liberè contrà laicos, & puniunt eos, nec officiales laici poſſunt ſe intromittere.

SVMMARIVM.

1 *Sponſus, qui defloruit Sponſam, ſi nolit contrahere matrimonium cum ea, an poſſit per Epiſcopum cõpelli carcere ad contrahendum?*

2 *Sponſus nolens contrahere matrimonium, quando poſſit excommunicari?*

CA-

Digitized by Google

CAPVT XIIII.

1 SI sponsus defloravit sponsam, & posteà nolit eam ducere in vxorem, solet per Curiam Archiepisc. Neap. carcerari, ad finem, vt contrahat matrimonium, prout tenetur, iuxtà tex. in cap. 1. de adult. cùm etiam hæc causa matrimonialis sit, an ille sponsus teneatur cõtrahere, vel nè? & solum ad Episcopum spectet, c. multorum 35. q. 6. cap. auditis, de præscript. c. accedentibus, de excess. Prælatorum, Couar. variarum relect. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 8. & tàm de iure antiquo, iuxtà veriorem opinionem Dominici, & Franch. in cap. cùm Episcopus, de offic. ordinarij in 6. quàm post Conc. Tridentinũ, cap. 3. sess. 23. de reform. possunt Iudices Ecclesiastici ac debent in omnibus causis coràm ipsis vertentibus, etiam ciuilibus, antequam ad censuras deueniant, carcerare laicos. Hinc patet, quã rationabilis sit obseruantia Curiæ Archiepiscop. & posset id etiam seruare, quando non præcessit defloratio, sed solum promissio, vt sententia de contrahendo matrimonio habeat effectum, ex
2 prædicto cap. 3. Conc. Trid. Sed an possit sponsus excommunicari, si nolit contrahere matrimonium, textus in cap. ex literis il 2. eodem tit. dicit,

Digitized by Google

dicit, quòd moneatur tantum. Doctores in dictis laicis communiter concordant dicta iura, quòd, si adest iusta causa non contrahendi, putà, odium tale superueniens, quòd speretur potiùs scandalum, quàm matrimonium, fiet monitio tantum & ità procedit tex. d. cap. ex literis; si verò non adest iusta causa non contrahendi, & tunc nolẽs contrahere, excommunicabitur, & ità procedit textus in d. cap. requisiuit, vt dicunt Ioannes And. Ant. Abb. Præpos. qui testatur de cõmuni in dictis iuribus, Ledesma de Sacram. matrimonij, q. 46. art. 1. Dicit tamen Io. And. in d. c. ex literis, quem sequitur Præpos. quòd, si post excommunicationem Iudex videt eam non prodesse, & excommunicatum esse pertinacem, debet eum absoluere, etiam nolentem.

SVMMARIVM.

1 *Assignatio loci tuti puellæ, cui timetur inferri violentia, pendente lite super matrimonio, ad quem Iudicem spectet?*

2 *Mulier est ponenda in loco tuto, & honesto, quando propter sæuitiam viri non potest cum eo habitare.*

Digitized by Google

CAPVT XV.



Vria Archiep. Neap. obſeruat, quòd quando agitur in ea de matrimonio contrahendo, & eſt ſuſpictio, nè puellæ inferatur violentias, & conſenſus eius nõ ſit liber, ponit eum in aliquo loco tuto, nempè, conſeruatorio mulierũ, aut alio tuto, ac honeſto loco, ad finem explorandi eius voluntatem, & aliter non concedit licentiam contrahẽdi, ad Epiſcopum ſanè ſpectat proſpicere, vt matrimonia ſint libera, cùm coactiones malos ſoleant parere effectus, cap. requiſiuit de ſponſal. Pro qua obſeruantia adducũtur tex. in c. cum locum eod. tit. & cap. penul de probat. in quibus locis mandatur Iudici Eccleſiaſtico, coràm quo vertitur lis, vt aſſignet locum tutum, & id in ſpecie notat Ant. de Butrio in dicto cap. cùm locum, & alij. Prætereà Iudex cauſæ principalis eſt Iudex incidentium, etiam ſi cauſa temporalis incidat coràm Eccleſiaſt. c. prudentiam, de donat. inter virum, & vxor, Antonius, Abb. & communis in cap. tuam, de ordine cogni. Et proindè ad Eccleſiaſticum Iudicẽ, qui principaliter cognoſcit de cauſa matrimoniali, ſpectat cognoſcere de incidenti, in quo ſcilicet loco puella ſit collocãda? ad finem tollendi violentias, & explorandi eius voluntatẽ. Itèm, cùm

Epiſ-

Digitized by Google

Episcopus habeat iudicare de libertate consensus puellæ, poterit etiam iudicare de loco tuto, per quem peruenitur ad dictam libertatem consensus, ex reg. l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procurat. Et si verum amamus, in praxi difficile esset (tuta conscientia) cognoscere de libertate consensus puellæ; nisi idem Iudex Ecclesiasticus, ad quem spectat concedere licentiam contrahendi matrimonium, assignet locum tutũ. Sed an Iudex secularis possit se intromittere, & sequestrare puellam in loco tuto, ad finem tollẽdi violentias? & veritas est, quòd si matrimoniũ est iam contractum, & mouetur quæstio super eo ex aliqua causa, cùm quæstio sit merè spiritualis, non potest Iudex laicus aliquo modo se intromittere, per d.c.tuam, & sic procedit c. cùm locum; si verò non est contractum matrimoniũ, nec pẽdet lis coram Ecclesiastico, poterit Iudex laicus ex officio sequestrare puellã, cùm Reipublicæ interſit scandala, & violentias tolli, textus est in l. prima. C. de nupt. vbi notab. Bald. Benè verùm est, quòd postquàm Iudex laicus exploraverit voluntatem puellæ, poterit etiã Episcopus, ad quem spectat concedere licentiam cõtrahendi, ponere eam in alio loco, & explorare eius voluntatem; nàm ad ipsum quoque spectat prouidere, nè matrimonia sint coacta, vt suprà dixi; & aliàs non concedere licentiam contrahẽdi.

Digitized by Google

di. Item Curia Archiepiſ. Neap. aſſignat locum tutum, & honeſtum mulieri, quæ diſceſſit à viro propter ſeuitiam, nec poteſt ipſi conſuli per cautionem; ex cap. ex tranſmiſſa, de reſtitutione ſpoliatorum, & cap. literas eod. tit. vbi Gloſ. in verbo ſufficiens.

SVMMARIVM.

1. *Statutum laicorum, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam, an ſit ſeruandum in Curia Eccleſiaſtica contra clericum?*
2. *Praxis Curiæ Archiep. Neap. ſuper liquidatione inſtrumentorum.*
3. *Obligatio facta penes acta Curiæ ſecularis, an habeat executionem paratam in Curia Eccleſiaſtica contrà obligatum effectum clericum.*
4. *Clericus, qui obligauit ſe in inſtrumento habente executionem paratam, ſi efficiatur laicus, an poſſit dictum inſtrumentum liquidari contrà ipſum in Curia Eccleſiaſtica.*
5. *Clericus, qui fuit notarius Epiſcopi effectus laicus, progeſtis tempore notariatus tenetur reſpondere coràm Epiſcopo.*
6. *Curia Archiep. Neap. non ſolet procedere ad liquidationem inſtrumenti cenſus vitalitij pro capitali, ob non ſolutionem tertiarum.*

Digitized by Google

CAPVT XVI.

1 DIcit Bart. in l. cunctos populos, C. de Sac. san. Eccles. quòd, si ex statuto laicorum instrumenta habeãt exequtionem paratam, debet tale statutum seruari in foro Ecclesiastico, contrà clericum, cuius opinio reprobatur à Baldo in d. l. cunctos populos, Ant. Abb. Fel. Dec. & alijs communiter in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constit. Vinius decis. 326. lib. 2. dicit tamen Couarr. in lib. practicarum quæst. c. 8. num. 5. quòd opinio Bart. procedit, quando statutum est factum à Principe, secus si ab inferiore, sequitur Caranit. super ritu Magnæ Curiæ
2 Vic. 166. num. 37. Quicquid sit de iure, in Curia Archiep. Neap. seruatur dictus ritus M. C. V. 166. quòd instrumenta liquidantur, & habent executionem paratam contrà clericos in Curia Archiepiscopali, seruata forma dicti ritus, qui est approbatus per constitutionem synodalem 54. Est tamen differentia, quòd in Curia Archiepiscopali citatus super tenore instrumenti si compareat, & alleget solutionem, & offerat cautionem de soluendo debitum, & pœnam, nisi ostenderit satisfactionem, non carceratur; sed cũ cautione prædicta datur ei terminus decem, viginti,

Digitized by Google

& etiam 30. dierum, ad probandum solutionem; sed si alleget alias exceptiones, quæ in promptu non impediunt liquidationem, non auditur, nisi in vinculis, vel facto deposito; & quoad hoc antiqua obseruantia Curiæ derogauit dictæ constitutioni 54. quæ concedit terminum comparenti, ad probandum quicquid voluerit, contrà instrumentum; & ita seruatur tàm in clericis, qui erant clerici tempore instrumenti, quàm in laicis, qui postea fuerunt effecti clerici, quod non seruatur in M. C. V. sed dubium est, si laicus se obligauit pœnes acta Curiæ secularis, & postea efficiatur clericus, antequam accusetur obligatio, an possit dicta obligatio accusari contrà ipsum in Curia Archiepiscopali? & quòd non possit accusari, facit, quòd licet obligatio pœnes acta calore confessionis factæ in Iudicio habeat executionem paratam, l. eum pro quo, vbi Angel. & Paul. ff. de in ius vocan. id procedit in eodem tribunali, non in alio, vt dicit Bart. in l. 1. ff. de officio Proconf. Ant. in cap. final. de confess. & dicunt Isernia, & Afflict. in constitutione Regni Baiulus si furem, quòd obligatio pœnes acta Curiæ non potest accusari in alia Curia, nisi præmittatur citatio, ad dicendum causam, quarè ipsa obligatio accusari non debeat? In Curia Archiepiscopali seruatur, quod creditor accusat obligationem in Curia seculari, & præsentat literas exequtoriales D. Vi-

Digitized by Google

cario, & per Cur. Archiep. citatur clericus ad dicendum causam, quare nõ debeat exequi contra
3 ipsum, vigore illius obligationis? qui, si compareat, & alleget aliquas exceptiones, datur ei breuis terminus ad probandum, & procedit summariè, ità quòd, si nihil probauerit D. Vicarius mandat exequi contrà clericum realiter, & personaliter. Aliud est dubium, pone, quòd aliquis:
4 dùm esset clericus, obligauit se in instrumento habente executionem paratam, & posteà efficiatur laicus, an possit dictum instrumentum liquidari contrà ipsum in Curia Ecclesiastica? & videtur, quòd sic, ex notabili doctrina Pauli de Castro in l. 2. c. vbi de ratiocinijs agi oporteat, vbi dicit per illum textũ, quòd clericus, qui fuit
5 Notarius in Curia Episcopi, si efficiatur laicus, pro gestis tempore notariatus tenetur respondere coràm Episcopo, sic etiam, qui desiit esse mercator, pro gestis tempore mercaturæ, conuenitur coràm Iudice mercatorum, & qui desiit esse scholaris, conueniendus est coràm Rectore, pro gestis tempore, quo erat scholaris. sed prædicta procedunt in gestis concernentibus officium, vel artem, quam quis gerebat, non in alijs, vt dicit idem Paulus in l. final. C. de iurisdictione omniũ Iudicum; & sic potest distingui in clerico, quòd pro gestis ratione officij, quòd gerebat occasione clericatus, possit liquidari instrumentum con

trà

Digitized by Google

trà ipsum effectum laicum, pro alijs non. Item
6 sciendum, quòd hodie Curia Archiep. Neap. nõ
solet procedere ad liquidationẽ instrumenti cen-
sus vitalitij prõ capitali, ob non solutionem ter-
tiarum, etiam si census esset constitutus ad ra-
tionem quatuordecim pro centenario; sed tale
pactum habet pro iniquo.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia priuata, an visitari possint?*
2 *Hospitalia, an teneantur ad procurationem?*
3 *Episcopus potest priuare laicos magistros Ecclesiarum eorum officio, si malè administrant.*

CAPVT XVII.

IN visitatione facta in Ciuitate, & Dioec. Neapolitana in anno 1598. per Dñm. Scaurum Guglielmuccium, ob vitæ integritatem, insignẽ doctrinam, maximã in negotijs peragendis dexteritatem, celeberrimum, Visitatorẽ ab Illustrissimo, & Reuerẽdissimo D. Card. Gesual. Archiepis. Neap. deputatum, plurima dubia occurrerunt, quę cùm ad praxim reducãtur, recensenda putaui. Fuit enim dubitatũ, an Episcopus possit visitare hospitalia priuata, fundata sine authoritate Episcopi, & fuit ductum cõmunem

nem distinctionem Doctorum esse, quòd aut fundator hospitalis viuit, & non possit illud Episcopus visitare; nam potest fundatorem pœnitere, & reuocare hospitale: aut est mortuus fundator, & potest hospitale visitari ab Episcopo, tamquã executore omnium piarũ dispositionũ, ità Abb. in cap. de Zenodochijs de relig. domib. Soc. de visitatione libr. 5. de visitatione locorum q. 12. Abb. Card. Imola, Bonif. Anchar. in clementina quia contingit, de relig. domib. & quòd Episcopus sit executor omnium piarum dispositionũ vltrà canones antiquos, & Conc. Trid. c. 8. sess. 22. de refor. probatur etiam de iure ciuili in authent. de Ecclesiasticis titulis, §. si quis autem edificationem, & §. si quis autem pro redemptio-
2 ne. Non tamèn poterit Episcopus exigere procurationem, quando visitat hospitalia, ità Lapus de Castilione in tract. de hospit. num. 98. Bonif. in d. clem. quia contingit nu. 94. & ibi etiam Cardinalis, & Imola, & est communis, sunt enim bona talium locorum instituta, vt deseruiant pro substentatione pauperum tantum, & ex prædictis clarè patet, quod licèt bona Extauritarum dicantur bona laicorum, secundum Afflictum de iure prothomiteos in principio cõstitutionis; mor 1
tuis tamèn benefactoribus possunt visitari ab
3 Episcopo, tamquam executore omnium piarum dispositionum: & potest Episcopus Administra-

tores

Digitized by Google

tores locorum piorum, si malè se gerant in administratione priuare, officio, & alios substituere, d. §. si quis autem, & Conc. Trid. cap. 8. sess. 25. de reform. Gambar. de auth. Legati, de potestate legati circa hospitalia, & ità pluriès Neapoli seruatum fuit, quòd magistri Eccles. mali administratores fuerunt priuati officio à Cur. Archiep.

SVMMARIVM.

1. *Episcopus quomodo in Visitatione debeat procedere contra resistentes, & an possit eos de facto excommunicare.*
2. *Excommunicatio potest ferri sine monitione, pro conseruatione iurium.*
3. *Scriptura non requiritur in sententia excommunicationis lata pro defensione iurium.*

CAPVT XVIII.

IN eadem Visitatione fuit dictum, quando Episcopus visitat, & in actu visitationis visitati resistunt, allegantes exemptionem à visitatione, poterit Episcopus illos de facto resistentes, si non sunt in possessione, quòd non visitentur, de facto excommunicare, nullo iuris ordine seruato, nec exemptionem, aut probationem oblatam recipere,

Digitized by Google

pere, aut appellationem admittere tenetur, cum nō vt Iudex, sed vt pars pro suo iure cōseruando procedat, defendēdo se gladio spirituali iuxta c. dilecto, de sententia excommun. in 6. ex quo fit, vt oblata probatio nequaquā iustificet appellationem, aliàs, si ut Iudex exceptionis legitimæ oppositæ oblata probatio appellationem iustificaret, cap. interposita, de appell. cap. cùm inter Canonicos, de electione: Si uerò illi sunt in possessione, quòd non visitentur, non poterit eos sic excommunicare, ità notabiliter dicit Innoc. in c. venerabili, de censibus, & ibi Ant. de Butrio, Marianus Soc. de visitatione lib. 3. q. 14. Fel. in c. sacro, de sententia excommunicationis, vbi dicit, non esse necessariam monitionem, quando fit ex-
2 communicatio pro defensione iurium, Idem tenent Ioan. Andr. Dominicus, & Franch. in dicto cap. dilecto, Lapus allegat. 73. Decius in c. irreprehensibilis, de appellat. Ant. in d. cap. venerabili, & est communis, quicquid dicat Couarr. in cap. alma mater, de sententia excommunicationis in 6. 1. part. §. 9. num. 6. & quando Episcopus excommunicat per defensione iurium, notarius potest scribere sic; die tali &c. Dùm Reuerendissimus Episcopus exerceret suā iurisdictionem, visitando, vel alia agendo, &c. tales de facto restiterunt, qui Reuerendissimus Episcopus in actu manifestæ violentiæ sibi illatæ, pro defen-

sione

sione sui Iuris, vim vi repellendo, ipsos excommunicauit, & cedulones affigi mandauit, vt à Christi fidelibus euitentur. Nec in excommunicatione, pro defensione Iurium, requiritur scriptura, iuxtà Lapum, dicta alleg. 73. limitando, cap. 1. de sententia excommunicationis in 6.

3

SVMMARIVM.

1 *Procuratio an sit recipienda ab Ecclesiis Ciuitatis, quando visitantur, & quid Neap. seruetur?*

CAPVT XIX.

IN eadem Visitatione fuit dictum, & obseruatum, quòd, quamuis de iure possit exigi procuratio ab Ecclesijs Ciuitatis, cap. venerabili, de censibus, etiã, quòd Episcopus, expleta visitatione, posset redire ad domum propriam, vt dicunt ibi Host. Abb. & alij cùm non tantum ratione interesse, sed ẽt ratione officij, & in signum subiectionis detur procuratio; nihilominus Neap. seruatur vt procuratio non recipiatur ab Eccles. Ciuitatis. sed suburbiorum distantium, quæ consuetudo seruanda est. Conc. Trid. cap. 3. sess. 24. de refor. facit d. cap. 3. ibi pro temporis tantùm necessitate, & non vltra.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Notarius Episcopi, an possit aliquid accipere in Visitatione, pro labore impensa in conficiendis actis visitationis?*

2 *Clerici quid soluant in visitatione in Ciuitate Neapolitana?*

CAPVT XX.

1 IN eadem Visitatione fuit dubitatum, an Notarius Visitationis, possit à personis visitatis aliquid recipere, pro præsentatione bullarum, ordinationibus, decretis, & alijs actis visitationis? in hoc dubio DD. cõiter dicunt, quòd, si notarius, scriptor, aut sigillator Episcopi habent salarium de publico, nihil possunt percipere pro labore; aliàs sic; quia nemo debet suis stipendijs militare, cap. militare, 23. q. 1. Ità Ioannes Monachus Io. And. Host, Gemin. Franch. & alij in cap. 1. §. procurationes, de cens. in 6. qui dicunt nõ obstare textum in d. §. procurationes; quia ibi prohibetur aliquid recipi, pro visitatione, non pro labore, Soc. de visitatione, lib. 11. q. 4. Idem tenet Nauar. in cons. 1. de censibus, adducens, quòd etiam ordines debent gratis dari; sed potest aliquid notario

tario ſolui, pro labore, & ſcriptura iuxtà Panor. in cap. 1. dè ſimonia, & Concil. Trid. c. 1. 4. ſeſſ. 21. de refor. limitat tamen, quando conſuetudo eſſet in contrarium, vt in d. cap. 3. ſeſſ. 24. de refor. vel quando notarius eſſet de familia Epiſcopi: ſed in contrarium videtur, quòd nunquàm clerici debeãt aliquid ſoluere in viſitatione ſiue Notario detur ſalarium de publico, ſiue non; quia inuiti cogantur præſentare bullas, & alias ſcripturas; & ſi tenerentur ſoluere aliquid notario, duplici onere grauarentur, contrà iuris diſpoſitionem, cap. at ſi clerici, §. final. de iudicijs, l. nauis onuſtæ, ff. ad l. rodiam de iactu, l. cogi, §. itẽ quæritur, ff. ad Trebellianum, cum ſimilibus. Itẽ videntur obſtare verba Concilij in d. cap. 3. ibi (neue ipſi, aut quiſq; ſuorũ procurationis cauſa pro viſitatione, aut quouis nomine) quæ verba ſunt generaliſſima, Gloſ. in cap. quamuis, de electione, in 6. in clem. 2. de ſententia excommunicationis, in clem. 1. de re iudicata. Quicquid ſit de iure, Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Card. Geſuald. Archiepiſcopus Neap. ſoluit de proprijs redditibus Notario Viſitationis ſalarium, & mandauit nihil recipi pro præſentatione bullarum, & alijs actis viſitationis, niſi quando viſitati petunt copiam decretorum, vel aliorum actorum viſitationis.

2

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit visitare confraternitates laicorũ, existentes intus Ecclesias regularium?*

2 *Votum Episcopi quale sit, quando cum alijs exigit rationes ab administratoribus locorum piorum.*

3 *Rationes administrationis locorum piorum, an possit Episcopus pluriès in anno exigere?*

4 *Pœna ordinaria delicti, an possit imponi in visitatione, & formari processus contrà clericum?*

5 *Appellatio an suspendat decreta Visitationis; & an possit Episcopus visitans recusari suspectus?*

6 *Iuramentum an possit exigi in visitatione?*

7 *Visitati, si in uno anno soluerunt procurationem in pecunia, an possint cogi ad idem anno sequenti, vel possint variare, & præstare eam in victualibus?*

8 *Episcopus visitans, an possit facere edictum contrà nominatam personam, vt quicunq; aliquid scit contrà Rectorem Ecclesiæ denunciet?*

9 *Episcopus visitans, an possit per occultas cartulas procedere contrà visitatos?*

10 *Episcopus visitans, an possit compellere beneficiatum, qui possedit per decennium beneficiũ, ad ostendendum eius titulum?*

11 *Episcopo visitanti an sufficiat videre bullas sacerdotij presbyteri, & non aliorum inferiorum ordinum?*

12 *Episcopo visitanti, an debeãtur vecturæ equorũ, vel ferraturæ pro æquis, aut aliæ impensæ factæ in via,*

Episco-

Digitized by Google

13. *Episcopus visitans an possit fragmenta, panes, aut capones integros, quæ remanent in mensa, pro eius victu, secum deferre.*

CAPVT XXI.

PRosequendo eandem materiam Visitationis, primò dubitatur, an Episcopus, vigore Conc. Trid. cap. 8. sess. 22. de refor. possit visitare cõfraternitates laicorum, existẽtes intus Ecclesias regularium e xemptorum ? Sacra Congregatio pluries censuit, posse eas visitare, & compellere administratores ad reddendum computa, & rationes, & tex. in d. cap. 8. tollit omnes consuetudines, & priuilegia. Secundum dubium, quod votum habeat Episcopus, quando concurrit cum alijs, ad videndum ratione s administrationis bonorum Ecclesiæ factæ per laicos, iuxtà cap. 9. ead. sess. 22. Sacra Congregatio censuit, quòd eius votum est vnicum, & connumeratur cum maiori parte votorum aliorum, siue in condemnando, siue in absoluendo. Verùm eius votum debet omninò interuenire; aliàs, si maior pars aliorum est in vno voto, & Episcopus in alio non attenditur votum maioris partis, neque Episcopi. Non enim vota digniorũ debẽt esse equalia votis aliorum, Bart. in l. Pomponius, ff. de re iudicata

Digitized by Google

dicatâ, Thesaur. latissimè decis. Pedemont. 1. maximè votum Episcopi, qui est præcipuus dispensator bonorum Ecclesiæ, c. præter hæc, 32. dist. cap. in canonibus, 16. q. 1. & est melior informatus quomodo sint dispensanda bona Ecclesiarum, quàm laici, qui sunt diuersæ professionis, c. in noua 16. q. 7. Sed dubium est, si laici administratores bonorum Ecclesiæ in redditione rationum facienda Episcopo vigore c. 9. sess. 22. inueniantur debitores, quis compellet eos ad soluendum? Et dicendum est posse compelli per Episcopum. Primò, nam potest eos cogere ad reddendum rationes, vt in dicto cap. 9. & non censentur redditæ, nisi fiat restitutio reliquorum, & soluantur debita, Bal. notabiliter in l. cùm testamento, C. de testament. Manumis. Soccin. in cons. 24. num. 38. vers. vnde cùm rationem reddere, volum. 1. Iason cons. 4 vol. 3. & cons. 100. vol. 4. probatur in l. cùm seruus, ff. de condit. & demonstr. & in l. si purè, §. fin. & l. si pater, §. si Sticho, ff. de fideicommiss. libert. & l. Lutius, ff. de manumiss. testam. Menoch. de arbitrarijs, casu 209. Secundò, quia laici ratione administrationis rerum Ecclesiasticarum subsunt iurisdictioni Episcopi, Marian. Soc. in cap. licèt, de foro compet. casu 24. & in rub. eiusdem tituli, litera A casu 1. allegat textum in cap. indicatum, 89. dist. & ibi Glos. notab. hoc dicit. Tertiò, quia frustrà

fieret

fieret visitatio, nisi compelleret ad executionem? Archidiacon. & Ioan. Moanch. in cap. 1. §. sanè cenſib. in 6. Itẽ Episcopus est exequtor visitationis piorum locorum, d. cap. 8. sess. 22. & cùm Episcopi de iure, & non de facto procedant, minimè possunt prædicti magistri se tueri vigore cõseruatoriorũ capitulorum Regni, Omnis prædatio, Finis præcepti charitas, Ad regale fastigiũ; si quidem dicta conseruatoria non sunt concedenda contrà Prælatos sua iurisdictione vtentes, non procedentes de facto, sed de iure, etiam, quòd grauent; sed, si prætenditur grauamen, debet appellari ad superiores Ecclesiasticos; aliàs non euitabitur excommunicatio bullæ cœnæ Domini, contrà impedientes Prælatos vti sua iurisdictione, vt ex lectura dictorum capitulorum apparet; loquuntur enim, quando infertur violentia de facto, facit, quòd licèt remedium spolij habeat locum contrà Iudicem, c. conquerente, de restitutione spoliatorum, id est verum, quando Iudex procedit de facto, & extraiudicialiter, secùs, si procedat de iure iudicialiter; quia tunc non habet locum remedij spolij, quamuis grauet, ratio est, quia præsumitur pro Iudice, quòd iustè procedat, Ant. Abb. & alij in d. cap. conquerente, Abb. & Felyn. in cap. cùm causa, de officio Delegati. Item, vt procedant dicta capitula, violentia debet esse notoria, vt latè per Afflict. decis.

Digitized by Google

24. aliàs, ſub prætextu violentiæ, poſſent trahi omnes clerici ad iudicium ſeculare, & non euitaretur excommunicatio contenta in bulla cœnæ, contrà Iudices laicos, trahentes clericos ad eorũ forum.

3 Quartum dubium, an Epiſcopus poſſit pluries in anno exigere rationes adminiſtrationis à laicis? Sit concluſio; quòd, ſi rationum redditio fuit finalis, & plena, cum reſtitutione reliquorum, non poteſt de nouo exigi: ſi verò non fuit plena, poteſt pluriès exigi, ità Card. Imola. Bonif. in clem. quia contingit, de religioſ. domibus. Franchus in c. vnico de clerico ægrotante in 6.

4 Quintum dubium, an in viſitatione poſſit imponi clericis pœna ordinaria delicti, & contrà eos formari proceſſus? Dicendum eſt, quòd ſic, vt dicit textus in cap. Romana, §. notoria, de cenſib. in 6. Dominicus in cap. 1. eod. tit. & libro cõtrà Imol. Qui dicebat viſitationem fieri per modum fori pœnitentialis, & non contentioſi, & ſuccеſſiuè poterit proceſſus, & inquiſitio formari contrà clericos; idq; clarè probatur in d. c. Romana, §. ſane. vbi dicitur, quòd, ſi in viſitatione reperitur aliquis de crimine infamatus, poterit contrà eum (ſi expediens fuerit) formari inquiſitio ſolemnis, iuxtà c. qualiter, & quando il 2. de accuſat. & debita pœna imponi, tanto magis, ſi delictum eſt notorium: debet tamen viſitator habere

Digitized by Google

habere finem admonendi, corrigendi, ac reformandi clerum, & populum, cap. procurationes, de cenſib. c. 1. eod. tit. in 6. Conc. Trid. cap. 3. ſeſſ. 24. de refor. ac vti maxima charitate, & correctione fraterna cum viſitatis, vt latè tradit Marian. Soc. de viſitatione lib. 10. q. 1. & proindè abſtinere debet ab inquiſitione ſolemni, niſi grauis orta fuerit infamia, & ſcandalum, vel tractetur de præiudicio alicuius, tunc enim videtur eſſe expediens procedere ad inquiſitionem ſolemnem, & pœnam ordinariam, iuxtà cap. ſanè, & in viſitatione prædicta facta in Ciuitate Neap. omnes beneficiati, qui fuerunt reperti, cum titulis inualidis, non fuerunt priuati beneficiis; ſed eis fuit datus terminus ad impetrandam diſpenſationem à Papa: imò Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Cardinalis Archiepiſcopus obtinuit poteſtatem à Papa, diſpenſandi, cum clericis pauperibus ſuper beneficijs valoris ducatorum ſeptem, & quoad pœnam ordinariam ſupra Congregatio cenſuit, prout in ſequenti dubio.

5 Sextum dubium, an appellatio ſuſpendat decreta viſitationis? & an poſſit Epiſcopus viſitans recuſari ſuſpectus? Sacra Congregatio Concil. Trid. ſuper cap. 10. ſeſſ. 24. de refor. cenſuit, q; aut Epiſcopus procedit in viſitatione, ad correctionem morum, non compilato proceſſu, & non poteſt imponere pœnam ordinariam, nec iſtoca-

Digitized by Google

su admittitur appellatio, ad effectum suspensiuũ, sed deuolutiuum tantùm, nec potest recusari suspectus, habetur etiam in c. a nostram, c. reprehensibilis, cap. cum speciali, in fine, de appell. aut vult visitare compilato processu, & potest imponere pœnam ordinariam: & isto casu admittitur appellatio, etiam ad effectum suspensiuum, ac recusatio, & ità procedit tex. in d. cap. 10.

6 Septimum dubitan. in Visitatione possit exigi iuramentum? Conclusio sit, quòd in Visitatione generali, siue præparatoria non potest exigi, sed in speciali sic, cap. Romana, § fine, de cens. in 6. vbi omnes, Speculator de inquis. quando. Dicitur autem visitatio generalis, quando Prælatus proposito verbo Dei, inquirit de vita, & conuersatione ministrantium in Ecclesia, & de cæteris, quæ ad suum officium spectant, quæque sint corrigenda, aut reformanda. Specialis verò, dicitur solemnis inquisitio, quæ fit contrà aliquẽ infamatum, iuxtà cap. qualiter, & quando, de accusat. Speculator vbi supra, colligitur ex d. §. fanè, Socinus vbi supra dib. n. q. 5. Vnde à principio non potest visitator aliquem cogere iuramento, ad dicẽdum quicquid sciat de vita clericorum, & quæ sint corrigenda: sed simpliciter quærat, & volentem respondere audiat: Et cùm aliqua sine iuramento referantur, poterit postea specialiter inquirendo, exigere iuramentum, Archid. &

Ioannes

Ioannes Monach. in d. §. sanè, & nè visitatio reddatur elusoria, potest loco iramenti, imponi sententia excommunicationis, vt dicit Innoc. in d. §. sanè, non tamen sunt reuelanda delicta occulta, Archid. & Io. Monach. ibidem.

7 Octauum dubium, si visitati, in quorũ electione est, præstare procurationem Episcopo, in victualibus, vel in pecunia, iuxtà c. felicis, decensib. in 6. & cap. 3. sess. 24. de refor. elegerint vno anno eam præstare in pecunia, an possint anno sequenti variare, & eam præstare in victualibus? Conclusio sit, quòd possunt variare, Ioan. And. in d. cap. felicis, Soc. vbi 5. lib. 11. q. 6.

8 Nonum dubium, an Episcopus possit in visitatione facere edictum contrà nominatam personam, nempè, vt quicunq; aliquid scit, contrà Rectorem Ecclesiæ denuntiet? Conclusio sit, non licere, quia tenderet in maximum detrimentum famæ clericorum, quorum fama, si laici tenentur (pro suo posse) non lædere, & occultare eorum delicta, exemplo Constantini Imperatoris, c. in scripturis 96. distin. tantò magis Prælatus, maximè enim laici sunt clericis infesti, cap. laicos, 2. q. 6. sed potest ab aliquibus personis de parochia, honestis, & fide dignis, se informare, ità Speculat. vbi suprà, Soc. d. tractat. lib. 11. q. 1. vbi etiam dicunt, quòd, nec debet cartulas recipere,

9 quas sæpe rustici contrà suos Rectores clanculo

Digitized by Google

offerunt, arg. cap. inquisitionis, de accusat.

10 Decimum dubium, an Episcopus possit compellere beneficiatum, qui possit beneficium per decennium, ad ostendendum eius titulum? Conclusio sit negatiua; sed tantùm potest compellere adiurandum, se habere titulum, Host. communiter receptus in c. licèt, Heli, de Simon. vbi Card. Abb. & Fel. nec triēnalis suffragatur quòad Episcopum Cassad. decis. 8. super regul. Cancell. Nauar. in cons. 4. de officio ordinar. Potest tamen Episcopus assumere in se onus probandi defectum tituli, contrà antiquum possessorem; Dominicus, & Franch. in cap. ordinarij, de officio ordin. in 6. Abb. & Fel. vbi suprà. Prætereà

11 notandum, non sufficere visitatori videre bullas sacerdotij alicuius presbyteri, & non bullas aliorum ordinum inferiorum, nisi concurrat diuturnitas temporis, & Episcopus, qui contulit ordinē presbyteratus, fuerit prudens, bonæ vitæ, & doctus, Fel. in cap. super his, de accusat.

12 Vndecimum dubium, an Episcopo visitanti debeantur vecturæ equorum, uel ferraturæ pro equis, aut aliæ impensæ factæ in via? Doctores in cap. 1. §. procurationes, de censib. in 6. communiter concludunt, quòd prędicta non debeantur; sed tantùm victualia pro equis: de ferraturis verò est textus in clem. 2. de censib.

13 Duodecimum dubium, an possit Episcopus visitans,

Digitized by Google

visitans, panes integros, & capones, & alia fragmenta, quæ remanent in mensa, secùm deferre? Dicendum est, quòd non possit; sed tantùm fragmenta, quæ remanent in mensâ erogare pauperibus illius loci, in quo visitat. d. clemen. 2. vbi Bonif. Imola, Anchar. Soc. d. lib. 10. quæst. 1. Nec etiam Visitator potest recipere esculenta, & poculenta ad domum portanda, sed tantùm ibidem comedenda, secundum tutiorem opinionem Ioan. Andr. Gemin. in d. §. procurationes. Vltimò notandum, quòd Episcopus in visitatione potest inquirere contrà laicos, non solùm de criminibus Ecclesiasticis; sed de omni crimine, ad finem tamen non puniendi, sed correctionis faciendæ, & pœnitentiæ imponendæ, ità Imola, Dominicus, Franchus in d. c. Romana, Socinus q. 13. vers. vtrum laici, Fel. in cap. cum sit generale, de foro competent. & ità quotidiè seruatur, quòd in visitatione fiunt monitiones in genere, contrà omnes scientes maleficos, strigas, hæreticos, concubinarios, blasphemos, adulteros, & alios peccatores, ad finem admonendi, & corrigendi eos, prout etiam tradit Speculat. de inquisit. §. quando, probatur in d. cap. Romana, ibi (populorum visitationem intentus.)

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Violantes immunitatem Ecclesiæ, an sint ipso facto excommunicati?*

2 *Immunitas Ecclesiastica an violetur, si extrahantur ab Ecclesia non rei delinquentes, sed alij in ea commorantes?*

3 *Absolutio ab excommunicatione ob violatam immunitatem Ecclesiæ, cui reseruata.*

4 *Bulla Greg. XIIII. de immunit. Ecclesiarum forma, an sit seruanda à Iudice laico, vbi notorium est confugientem ad Ecclesiam commisisse delictum exceptuatum in ea?*

5 *Confugiens ad Ecclesiam, si ab ea extrahatur, non seruata forma bullæ Greg. xiiij. de immunit. Ecclesiarum, an iustificata captura ex sequentibus probationibus, sit amplius Ecclesiæ restituendus?*

6 *Confugiens ad Ecclesiam, si non à Iudice, vel eius familia, sed ab alijs extrahatur, puta, consanguineis offensi, an si de manu ipsorum à familia Iudicis secularis capiatur, extra Ecclesiam, sit etiam Ecclesiæ restituendus?*

7 *Confugientes ad Ecclesiam, si Iudex non carcerauit, nec extraxit, nec extrahi fecit; sed solum extractū ab eius familia, sine eius ordine, Ecclesiæ non restituit, vel mori fecit, an sit excōmunicatus? & quid si mandauit extrahi?*

8 *Confugiens ad Ecclesiam, extractus per familiam secula-*

Digitized by Google

cularem, an sit de necessitate restituendus eidem Ecclesiæ, vel sufficiat, si restituatur Episcopo?

9 *Extrahens commorantes in Ecclesia, ad finem componendi pacem, & euitandi scandala, an incurrat excommunicationem latam contra violãtes immunitatem Ecclesiæ.*

10 *Palatium Episcopi an gaudeat immunitate Ecclesiæ.*

11 *Clerici an gaudeant immunitate Ecclesiæ.*

CAPVT XXII.

IN anno 1597. plures Capitanei cum suis satellitibus ingressi sunt monasterium Sancti Petri ad Aram Ciuitatis Neap. pro inuentione quodam deportato, qui aufugerat ab Insula, quem non inuenientes per vim à dicto monasterio extraxerunt, quendam puerum tanquam conscium in quo loco commoraretur dictus deportatus, & carceratum duxerunt ad carceres Curiæ secularis, vt deponeret in quo loco esset dictus deportatus, fuerunt omnes per Curiam Archiepiscopalem declarati excommunicati, ob violatam immunitatem Ecclesiæ, propter extractionem dicti pueri, ex qua in bulla Greg. xiij. de immunitate Ecclesiarum imponuntur ipso facto pœnæ quæ à iure sunt statutæ, contra violantes immunitatem, & libertatem Ecclesiæ, & de iure prædicti violantes

Digitized by Google

tes iinmunitatem, debent excommunicari; c. miror, c. si quis contumax, cap. quisquam 17. q. 4. &
2 quamuis bulla loquatur solùm de extrahentibus reos ibi (laicis reis) tamèn dispositio pœnalis extenditur, ex identitate, & maioritate rationis, qñ si non fieret extensio, sequeretur absurdum, & esset absurdum, ꝙ rei non possent extrahi, & alij sic, Imola, in l. si verò, §. de uiro, ff. soluto matri. Franchus in cap. 1. de temporibus ordinationum in 6. Item quando duo casus, equiparantur, in l. antiqua, lex noua loquens in vno, habet locum in alio Bart. in l. quod verò, ff. de legibus, Franch. & Imola vbi supra; & in cap. diffiniuit 17. q. 4. neque confugientes, neque commorantes in Ecclesia possunt extrahi. Præterea, quando constitutio pœnalis continet fauorem Ecclesiarum, fit extensio, ex identitate rationis, iuxta Glosam notabilem in cap. sciant, de electione in 6. Franch. in d. cap. 1. sed fuit dubitatum à quo prædicti
3 Capitanei, & satellites essent absoluendi, & videbatur, quòd à Summo Pontifice, postquam bulla prædicta refert se ad excommunicationem latam contra violantes libertatem Ecclesiasticam, quæ est in bulla Cœnæ Domini, cuius absolutio reseruatur Papæ, & relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus, Bart. in l. 1. ff. si familia furtum fecis. & in l. 1. ff. de arbitris, contrarium fuit resolutum, quòd absolutio spectaret

ad

Digitized by Google

ad ordinarium; ex quo non reperitur expresse reseruata Papæ, iuxrà regulam cap. nuper, de sententia excom. & quando qualitas relati requirit. specialem mentionem, prout est absolutio, quæ debet expresse reseruari Papæ d. cap. nuper, non includitur in dispositione referente, textus notabilis in cap. penultimo, de iure iurando, Gambarus de auctoritate legati, in exordio, nu. 35. Præterea, in bulla Cœnæ Dñi excommunicantur solùm statuẽtes contrà libertatem Ecclesiasticam, nec omnes violantes libertatem Ecclesiæ sunt excommunicati in bulla cœnæ, vt patet in cap. unico, de his, quę vi, metusq; causa, in 6. & sic omnes fuerunt publicè absoluti, ante fores Ecclesiæ Metropolitanæ à D. Vicario Neapolit. Anno sequenti 1598. quidam assassinus interfecit quadam personam, in via publica Ciuitatis Neap. & postea confugit ad Ecclesiam parochialem Sanctæ Mariæ Aduocatæ, à qua fuit per vim extractus à consanguineis occisi, & aliquibus satellitibus Curiæ secularis, & eodem die coram Iudice seculari confessus fuit commisisse dictum homicidium per assassinum; fuerunt per Curiam Archiepiscopalẽ citati omnes Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, Aduocatus, & Procurator Fiscalis, ac etiam carcerarij, quatenus deberent restituere dictum extractum Ecclesiæ prædictæ, vel procurare eius restitutionem, & non impedire respectiuè,

Digitized by Google

ctiuè, ad finem, quòd, si constiterit Curiæ Archiepiscopali à dicto delinquente fuisse commissum delictum, exceptum in bulla prædicta, posset eidem Curiæ seculari consignari, qui non aliter parere curauerunt; sed post breue tempus ipsum laqueo suspendi fecerunt; & sic per Curiam Archiepiscopalem fuerunt declarati excõmunicati omnes prædicti Iudices, Fiscales, carcererij, satellites, & consanguinei occisi, qui extraxerant dictum Iuuenem à dicta Curia: Et fuit per Curiam Archiepiscopalem resolutum, quòd etiam si notoriè constet confugientem ad Ecclesiam cõmisisse delictum, exceptum in dicta bulla, adhuc est seruanda forma bullæ, quòd Episcopus debeat prius cognoscere, si confugiens commisit delictum exceptum in bulla; & posteà consignare Curiæ seculari; siquidem licèt notorium regulariter releuet ab onere probandi, cap. vestra, de cohabit. cler. & mulier. l. 1. ff. ex quibus causis maiores: tamen non releuat, quando probatio requiritur pro forma, Sarnensis in regula de publicandis resignationibus, quæst. 9. Parisius de resignatione benefici, lib. 11. q. 6. num. 81. qui testatur de communi, concludens, hac ratione publicationem resignationis beneficij esse faciendam, licèt notoria sit resignatio, & hoc hodiè patet in dicta bulla, in qua etiam quòd confugientes commiserint delicta, excepta in bulla,

si

Digitized by Google

si Episcopus denegat licentiam extrahendi, potest Curia secularis ipsos extrahere, & deducere ad carceres Episcopi, vt ab eo cognoscatur, si delicta cõmissa sint, excepta in bulla, & sic, quamuis aliundè appareat, est seruanda forma bullæ. Itèm fuit resolutum in Curia, quòd, si confugiẽs ad Ecclesiam, fuit extractus, non seruata forma bullæ, & ex sequentibus probationibus appareat commisisse delictum, exceptum in bulla, nempè, per confessionem extracti; nihilominus est faciẽda restitutio Eccles. quia Ecclesia spoliata antè omnia, est restituenda, cap. conquerente, & cap. item cum quis, de restitutione spoliatorum, & ità tenet Remigius de immunitate Ecclesiarum q. finali, Suarez, in sua praxi, 1. parte, tomo 1. cap. 3. §. 3. num 16. Itèm fuit dictum, quòd dato, & non concesso, quòd dicebatur à consanguineis occisi, quòd ipsi solùm sine satellitibus extraxerant dictum assassinum; sed satellites in via publica, extrà Ecclesiam, de eorum manu extractũ acceperãt, & ad carceres Curiæ secularis duxerant, adhuc dictus extractus erat Ecclesiæ restituendus, facit primò, quòd confugiens ad Ecclesiam à nulla persona, siuè publica, siue priuata extrahi potest; iura enim generaliter loquũtur, & generaliter sunt intelligenda, l. 1. §. generaliter, ff. de legatis præstandis, hoc patet in cap. reum in cap. diffiniuit 17. q. 4. & in l. 2. C. de his, qui ad

Digitized by Google

Ecclesiam confugiunt, quo præsuppositò dicendum est, quòd Ecclesiæ, quę fuit spoliata pro restitutione hominis ab ea extracti competit interdictum de libero homine exhibẽdo, vt dicit Bar. in d.l.2. Abb. in cap. inter alia num. 26. de immunit. Ecclesiarum, quòd interdictum licèt sit personale, est tamèn in rẽ scriptum, sicut cætera interdicta, l.1.§. penult. ff. de interdictis, & sic datur contra quoscunque detinentes, quamuis non extraxerint. Præterea faciunt adducta per Bart. in quæst. 6. incipiente. Lapus vbi pluribus iuribus, & rationibus probat, quòd carceratus in alieno territorio, vel in Ecclesia prout in casu nostro, non potest pro alia iusta causa ad instantiam cuiuscumq; recomendari in carceribus, nec detineri, sequitur, Bald. in l. fin. ff. de iurisd. omnium Iudicum, & in cons. 90. volum. 5. Parisius cons. 101. vol. 3. Brun. de cess. bonorum 11.q.4. princ. Ant. Gomes. lib. variarum resolut. tit. de captura reorum, num. 4. non enim potest negari quin talis extractus non sit sua libertate priuatus, ad quã antè omnia est restituẽdus, iuxta prædictos; est enim persona affecta, quæ ad quemcumq; trãsit cum vitio, argumento l. si obducta, C. de furtis, §. furtiue institut. de vsucapionibus, & in bulla prædicta videtur expressum in illis verbis (extrahunt, capiunt, & incarcerãt) scilicet extractum, vt omnia verba operentur effectum, iuxtà

cap.

Digitized by Google

cap. Paſtoralis, de appell. vbi Ant. Abbas, Præpoſitus, Franch. & alij. Item fuit dictum in præ-
7 dicto, & in alio caſu, quòd Iudex, qui non carcerauit, nec extraxit, nec extrahi fecit, ſed ſolùm extractum ab eius familia ſine eius ordine, Eccleſiæ non reſtituit, vel mori fecit, & tantò magis, ſi mandauit extrahi, incurrit in excommunicationem, contentam in dicta bulla Greg. xiiij. quãuis in ea nõ fiat mentio de mãdante, vel nõ reſtituente, aut mori faciente extractum, ſiquidem, ſi non compræhenderetur, de facili diſpoſitio dictæ bullæ redderetur eluſoria; nam, vt plurimùm extractio ſolet fieri ab hominibus ſimplicibus, & ignaris credentibus ſacrificiũ offerre Deo, in extrahendo delinquentẽ; & ſi Iudices non reſtituerent, in vanum fuiſſet promulgata bulla; ergo eſt facienda extenſio ad mandantes, vel non reſtituentes, nè diſpoſitio reddatur eluſoria, etiamſi agatur de cenſuris, cap. ſi ſententia, §. final. & c. ſi ciuitas, de ſententia excommunicationis in 6. vbi Franchus, & Probus, Gloſa notabilis in cap. quamquam, de vſuris in 6. Imola notabiliter in l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matrimon. Secundò, quia bulla excommunicat attentantes aliquid, præter, vel contrà formam ipſius bullę, quæ cùm velit confugientes ad Eccleſias debere gaudere immunitate, niſi fuerit ſeruata forma bullæ, Iudex non reſtituens, vel non faciens, videtur non

præter,

Digitized by Google

præter; sed contrà bullam facere, & attentare, maximè, qui mori facit extractum, cùm reducat illum ad terminum, vt non possit amplius gaudere immunitate. Dicitur enim quis committere in legem non solùm, qui contrà eius verba facit; sed etiam, qui contrà mentem legis. l. non dubiũ, vbi Bart. & alij C. de legibus, & quòad mandantẽ extrahi, non potest negari, quin saltèm attentet, præter formam bullæ, & sic incurrit in censuras. Præterea sunt ponderãda verba dictæ bullæ, ibi (quauis dignitate præfulgeant,) quæ non possunt verificari in extrahentibus, qui sunt personæ viles; sed necessariò sunt intelligenda in Iudicibus, mandantibus extrahi, vel non restituentibus. In anno sequenti fuit extractus per Curiam secularem ab Ecclesia Sanctæ Mariæ Refugij quidam iuuenis, qui intus eandem Ecclesiam furatus fuerat à cippis cum plumbo, & visco quãdam pecuniæ quantitatem, qui fuit postea restitutus Vicario Neapolitano, & fuit dictum satis esse, quòd restitutio extracti ab Ecclesia fiat eidem Ecclesiæ, vel Episcopo, qui repræsentat Ecclesiam, cap. scire debes, 7. q. 1. Bonif. in clem. attendentes, §. hoc autem, num. 17. de statu monachorum. Vnde in d. cap. scire debes, dicitur, quòd Episcopus dicitur esse in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo, idem habetur in cap. 1. de restitutione in integrum, in 6. vbi Gemin. Franch.

&

& alij, & offensa facta Episcopo, dicitur facta Ecclesiæ, clem. 1, de foro competenti, vbi Card. & Bonif. & qui seruit Episcopo, dicitur seruire Ecclesiæ, cap. de cætero, de clericis non resid. & in cap. nouit, de iudicijs, ibi (dic Ecclesiæ, idest Episcopo) facit textus notab. in cap. si quis contumax, 17. q. 4. vbi pro offensa facta Ecclesiæ, ob violatam immunitatem, propter extractionem, pecuniaria pœna ibi posita, debet solui Episcopo, & ibi Archidiac. notat, ex cuius dictis dicit Ioan. Andreas in cap. quamquam, de cens. in 6. quòd, quando iniuria fit Ecclesiæ, seu eius loco, sufficit, quòd satisfactio fiat Episcopo, inferens, q restitutio facienda iuxtà dictum cap. quamquam Ecclesijs, propter exactionem pedagiorum, sufficit, quòd fiat Episcopo ex his dicit Marianus Soc. in tractatu de Visitatione lib. 11. in fine, q restitutio facienda à visitatoribus, ex quo indebitam procurationem, aut munera extorserunt contrà formam cap. 2. de censibus in 6. sufficit, si fiat Episcopo, qui repræsentat Ecclesiam, non obstat, textus in cap. minor, 17. q. 4. quia Ecclesia, ibi potest intelligi de Episcopo.

9 Item resolutum fuit in Curia Archiepiscopali, quòd extrahens commorantem in Ecclesia, ad finem componendi pacem, & euitandi scandala, incurrit in excommunicationem, contentâ contrà violantes immunitatem Ecclesiæ; quia

bulla

bulla prædicta prohibet fieri extractionem, pro quauis pace, & causa, & sic fuit restitutus Ecclesiæ montis Dei quidam Nobilis Neapolitanus, qui prouocauerat ad singulare certamen alium nobilem, & donèc veniret tempus statutum certaminis, se contulerat ad dictam Ecclesiam, nè à Curia seculari impediretur, quæ ad finem cõponendi pacem, ipsum extraxit; quia poterat alio modo obuiare scandalis, apponendo custodes.

10 Item in anno 1601. quidam carceratus, qui confugit ad Palatium Archiepiscopale Neap. fuit liber dimissus, tamquam gaudens immunitate Ecclesiæ, iuxtà cap. id constituimus, 17. q. 4. & cõmunem, de qua testatur Couarr. lib. variarum resolut. cap. 20. Eodem anno 1601. fuit restitutus domui furni seminarij Neapolitani quidam homicida, qui ad eam confugerat, & propriè ad furnum se contulerat, ingrediens per ianuam magnam dictæ domus, quæ est à parte viæ publicæ, & non à parte Seminarij; quia non poterat negari, quin dicta domus esset Seminarij, & sic loci pij: quamuis per illam portam pueri non ingre-

11 diantur. Prætereà notandum, quòd secundum magis communem opinionem Doctorum, clerici gandent immunitate Ecclesiastica, de qua cõmuni opinione testantur Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. Clarus §. fin. q. 30. Prosp. Farinac. de carceribus, & carceratis, q. 26. num. 7.

con-

Digitized by Google

contrariam tamen opinionem tenet Abbas in c. inter alia, de immunit. Ecclesiarum, & eam probat pluribus rationibus, præsertim, quòd si benè perpendantur canones, semper in eis fit mentio de laicis, cap. reum, cap. constituimus 17. q. 4. & in dicto cap. inter alia, & hanc Abbatis opinionẽ esse vsu receptam, testantur Diaz in praxi cap. 115. Clarus, Farinacius vbi supra, Nauar. in manual. cap. 25. num. 22. & ista opinio est etiam vsu recepta in Curia Archiepisc. Neap. quæ opinio est intelligenda, vt à Iudice Ecclesiastico possit extrahi clericus, ad finem ipsum puniendi, non à Iudice seculari, qui, nec clericum in minoribus posset extrahere, vt notat Nauar. vbi supra. Item hodiè videtur clarè approbari opinio Abbatis in dicta bulla Greg. xiiij. in qua fit mentio solùm de laicis ibi (vt laicis &c.) quæ bulla reducit omnes canones antiquos ad vnam formam, vt ex eius verbis apparet.

Et quia aliqua annotauimus de immunitate Ecclesiarum, quæ maximam dubitationem in iudicio Ecclesiastico attulerunt, non abs re esse putaui, hic inserere bullam Greg. xiiij. cuius tenor sequitur.

GREGORIVS *Episcopus seruus seruorum Dei. Hac perpetua valitura constitutione omnia, & quacumq; priuile-*

Digitized by Google

gia, indulta, et gratias, tam per Sixtum V. ac Pium V. quàm alios quoscumq; prædecessores nostros, aut nosmetipsos, Sedemuè Apostolicam, eiusq; Legatos, super abducendis, vel extrahẽdis ab Ecclesijs, Monasterijs, Sacellis, domibus regularibus, & secularibus, locisue sacris, aut religiosis, aliàsq; in casibus à iure permissis hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudolẽtis decoctoribus etiã in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis vrgentissimis, ac necessarijs, et c. seu aliàs quomodolibet concessa, et c. approbata, & innouata, ac vsu recepta, literasq; Apostolicas sub plumbo &c. seu aliàs quomodocumq; desuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus per expressis &c. sublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaq; sacra, & religiosa confugientibus, si fuerint publici latrones, viarũq; grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediũtur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, et mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumue cæmeterijs committere non verentur. Aut qui

pro-

proditorie proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis, aut læsa maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei immunitas Ecclesia non suffragetur. Sed vniuersis, & singulis Venerabilibus Patriarchis &c. Cæterisque Ecclesiarum, et monasteriorum Prælatis secularibus, vel regularibus districtè præcipiendo mandamus, vt laicos in casibus prædictis delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, et alia loca supradicta sacra, seu religiosa respectiuè confugientes, et in eas se recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumue aliquod iudicio suo commisisse videbuntur, quando à Curia seculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, ministris, & officialibus Cur. secularis absque irregularitatis nota, aut alicuius cēsuræ Ecclesiasticæ incursu tradi, & consignari curent, & faciant. Ne autem Curia secularis prædicta, et ministri facultate illos per se, et propria authoritate exahendi, & abducēdi sibi olim (vt præfertur) attributa, et per præsentes reuocata, abutantur. Volumus, dictaq; authoritate decernimus, & declaramus, vt Curia secularis, eiusq; Iudices, et officiales ab Ecclesiis, monasteriys, locisq; sacris prædictis laicum aliquem (vt

Digitized by Google

præfertur) delinquentem in nullo ex casibus supradictis, sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ, ab eo authoritatem habentis, ad quos solus et non ad alios Episcopis inferiores, et si aliàs ordinarij sint, aut nullius diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hac cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, et dictæ personæ Ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superiùs expressis culpabiles tradere, aut captura, et carcerationi interuenire, & assistere recusauerint, tuncq; reuerentia Ecclesiæ, et locis sacris debita memores, prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit cũ scandalo, et tumultu extrahere curent. Quodq; delinquentes laici prædicti, postquam (vt præfertur) ab Ecclesiis, locisue sacri extracti, et capti fuerint ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia data illis (si opus fuerit) per Curiam secularem detineri debeant, nec ex inde extrahi, Curieq; seculari prædicta consignari, nec tradi possint, nisi cognito primum per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superius expressa commiserint, tunq; demũ

de

de mãdato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum curiæ scculari quacumq; appellatione posposita cõsignentur. De crimine verò hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea Curia secularis se quoquomodo intromittat: sicuti etiam prohibemus, nè Ecclesiasticas personas seculares, aut cuiusuis ordinis, vel militiæ etiam Sancti Joannis Hierosol. regulares quoquomodo, etiam vigore prædictorum Priuilegiorum, Indultorum, aut concessioaum, quæ omnia ad terminos iuris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant; illasue ab Ecclesiis monasteriis, domibus, locisq; sacris, aut religiosis, et in casibus in hac constitutione expressis extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus, ad forum Ecclesiasticum pertinẽtibus, aliàs, quã de iure, & per priuilegia eiusdem ordinis, aut militijs concessa permittetur, quomodolibet præsumant. Quod si quis quacumq; dignitate, & authoritate præditi præmissorum, aut alio quocũq; prætextu, quique præter, aut contrà huius nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contrà libertatis iuris, et immunitatis Ecclesiæ violatores per sacros Canones,

nes, & Conciliorum generaliũ, nostrorumq; prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ. Sicq; per quoscumq; Judices &c. sublata eis etc. Nec non irritum, &c. Non obstantibus præmissis etiã Sixti, & pij V. quàm aliorum literis Apostolicis etc. quibusuis personis, quibusuis grauioribus, & vrgentioribus causis, etc. concessis fuerint, tam illorum intuitu, &c. quam etiã etc. motu proprio etc. ac per modum statuti, et legis perpetuæ, & in vim contractus, et fratrum nostrorum consilio, sub quibuscumq; tenoribus, etc. derogatoriarum derogatorijs, etc. nec non irritantibus etc. quæ omnia et singula, ac illorum tenores pro expressis habentes, quatenus præmissis in aliquo aduersentur etc. omninò, ac perpetuò tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præsentis constitutionis quòad superius descripta dumtaxàt reducimus: et volumus cuiq; de cætero suffragari, etc. publicata die 28. Mensis Maij à Nat. Domini 1591.

SVMMARIVM.

1 Denunciare, vel accusare quilibet tenetur hæreticos, maleficos, & committentes alia delicta, quæ tendunt in perniciem Reipublicæ.

2 Denuntiatio hæreticorum, Nigromanticorũ & Malefi-

Digitized by Google

leſicorum, an ſit faciendа in ſcriptis, vel ſufficiat oretenus denunciare nõ expreſſo nomine denũciatis?

3 Denuntiator in cauſa fidei, habetur pro teſte?

4 Denunciari an debeant mulieres, quæ ex ſimplicitate maleficia conficiunt?

5 Denunciari an debeant hæretici occulti?

6 Denunciatio hæreticorum, & maleficorum, an debeat fieri, ſi ſunt emendati?

7 Denunciationẽ hæreticorum, & maleficorum, an debeat præcedere fraterna correctio?

8 Denunciatio hæreticorum, & maleficorum, an debeat fieri cum periculo vitæ?

9 Denunciare parentes hæreticos, an teneantur filij?

10 Denunciari an debeant leuiter de hæreſi ſuſpecti?

11 Suſpecti de hæreſi, vel Apoſtaſia vehementèr, qui dicantur, & ibi plures enumerantur?

12 Denunciari quando debeant detinentes libros hæreticorum?

13 Denunciari an debeant detinentes pentacula?

14 Denunciari an debeat mulier, quæ habet famam maleficæ; ſed non operatur, niſi ſimplices ſuperſtitiones.

15 Maleſica an dici poſſit, quæ ſemel maleficium fecit?

16 Denunciari an debeat hæreticus, qui accedit ad confeſſionem, animo peruertendi confeſſarium, & inducendi illum ad hæreſim, & quod ſi vult abſtinere ab hæreſi; ſed non reuelare complices?

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXIII.

FRequens est in Curia Archiepiscopali Neap. materia denunciationis hæreticorum, vel suspectorum de hæresi, strigarum, maleficorum, vel maleficarum mulierum, quàm sub breuitate transcurram. Et in primis se offert
1 communis DD. conclusio, quòd quilibet tenetur accusare, vel denunciare Iudici omnes committentes delicta, tendentia in perniciem Reipublicæ, vt sunt hæretici, rebelles, Nigromantici, malefici, assassini, proditores ciuitatis, aggressores itinerũ,& similes.& talis denunciatio non debet esse fraterna,quę tendit ad correctionem fratris; sed iudicialis, quæ tendit ad vindictam publicam, & parùm differt ab accusatione. Naturali enim ratione, quælibet persona, cùm sit pars Reipublicæ tenetur, quasi pars toto, ei succurrere, vbi viderit illam contagione infici, vel sceleribus corrumpi, adeundo publicam potestatẽ; vt, mætu pœnarum, homines benè viuant,& bonum commune non perturbetur. ità S. Thom.2. 2.q.33.art.7.& q.68.art.1.& super d.art.1. Salõ Vannes,Petrus de Aragonia, Sotus de iustitia, & iure lib.5.q.5. art. 1 & de ratione tegendi membro 2.q.6. qui dicũt D.Thom.sub nomine accusatio-

Digitized by Google

sationis, comprehendere denunciationem iudicialem, Nauarr. in manual. cap. 18. num. 58. Simanc. de catholicis institutionibus tit. 40. Royas de hæreticis in singulari fidei tertio Pigna in directorio inquisitorum, super c. qui aliàs de hæret. De denunciatione verò hæreticorũ facienda habetur etiam in Bulla Greg. IX. incipiente, Excommunicamus, & Bulla Innoc. IIII. incipiente, Nouerit, & in Bulla Nicolai III. incipi Nouerit, in quibus præcipitur excommunicari non denunciantes hæreticos, vel de hæresi suspectos; Quæ Bullæ sunt positæ in fine directorij inquisitorum. Sed primum dubium est, quòd sæpè accidit in Curia Archiepiscopali, an talis denunciatio hæreticorum, & maleficorum, sit facienda in scriptis, cum expressione nominis denunciantis, & subscriptione eiusdẽ, & non denuntians sic, an sit absoluendus à Confessarijs? & an sufficiat, eã oretenus Iudici facere, sine expressione, & subscriptione proprij nominis? & quod denunciatio non redigatur in scriptis. Praxis verò Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ est, quod tales denunciationes non recipiuntur, nisi denunciator cum iuramento examinetur, cum expressione, & subscriptione sui nominis, tamquam quilibet testis. Quæ praxis, licèt aliquibus fuerit visa dura; iustissimis tamen rationibus fulcitur. Primò, quia accusatio debet fieri in scriptis, 2. q. 8. cap.

Digitized by Google

accusatorum, propter poenam talionis, quæ hodie nõ est in vsu; & etiã illa præcipua ratione, q̃ cùm Iudex sit medius constitutus inter actorem, & reũ, cuius memoria lubrica est, nec valet cuncta verba vtriusq; partis adseruare vsque ad sententiam diffinitiuam; necessarium est scripturæ adminiculum, ità S. Thomas d. q. 68. art. 2. vbi Gaetanus, Vannes, Petrus de Aragonia, Salon, quæ ratio militat in denunciatione iudiciali, tendente ad vindictam publicam, qualis debet esse ista, vt supràdixi, in qua fit iudicium cum Fisco, ergo etiam ista in scriptis fieri debet, & ita tenet Doctissimus Sotus de Iustitia & iure d. q. 5. art. 2.

3 Secundò facit, quòd in causis Sanctæ Fidei denunciator habetur pro teste, communis in c. in omni negotio de testibus. & testium depositiones sunt scribendæ, vt habetur cap. quoniam cõtrà, de probatio. & qualitas personæ, testis dictũ, ac modus deponendi considerandæ sunt, l. 3. ff. de testib. quæ sine scriptura non facile fiunt. Tertiò quia, si nomen denunciantis non prodatur, nõ possit succurri damno Reipublicæ, siquidem iura damnant procedi ad inquisitionem, per occultas cedulas, cap. inquisitioni, de accus. & hanc opinionem tenet etiam Lelius Zeccha de casibus reseruatis, casu 2. colligitur ex Eymerico in 3. parte directorij inquisitorum, de secundo modo procedendi in causa fidei, per denunciationẽ,

vbi

vbi ponit modum redigendi in scriptis per notarium denunciationem, & interrogandi denunciantem cum interrogatorijs, iniuncto ei silentio, & prædicta intellige, quòd scilicet non sit obligatus denuncians in scriptis denunciare; quia poterit verbo denunciare; sed debet pati, quòd denunciatio redigatur in scriptis; exprimat nomen suum; & cum iuramento super ea deponat, vt docet Eymericus vbi supra. Nec prędictis videtur obstare bullæ supradictæ, dum dicunt denũciationem posse fieri confessario; si quidem non simpliciter id concedunt: sed ità vt ad Prælati notitiam perueniat, quem non prohibent posse (si opus fuerit) denũciatorẽ cogere ad examen, nec dicunt denunciatorem ad id non teneri; aut satisfeciſſe, quamuis nomẽ suum non pdat, & scribi finat, & cum iuramento non deponat. Debent tamèn confessarij hortari pœnitentes, quòd libẽter denuncient tales personas cum magno eorum merito, & vtilitate Reipublicæ, & certiorare eos, quòd eorum nomina numquàm inquisitis de fide pandentur iuxtà cap. statuta, §. iubemus, de hæret. in 6. Prout in anno 1600. fecerunt confratres societatis Sanctæ Mariæ Succurre miseris huius Ciuit. cum quodam Mauritio de Rinaldo de Terra Stili, qui cùm fuisset ductus ad supplicũ pro tentata rebellione, nec antea (quãuis acerrimè tortus) voluisset reuelare compli-

Digitized by Google

ces, eorum hortatu eos propalauit, cum maxima Reipublicæ vtilitate. Secundum dubium an sint
4 denunciandæ mulieres, & aliæ personæ, quæ ex simplicitate maleficia, & sortilegia conficiunt, quæ sapiunt hæresim, vel apostasiam manifestè; quæ personæ ignorant prohibitionem iuris. Veritas est, quòd tales personæ non sunt denunciandæ, nisi prius fuerint monitæ, & si post monitionem non se correxerint, sunt denunciandæ. Ità fuit resolutum à nonnullis doctissimis viris, propter earum ignorantiam, & simplicitatem, quæ excusat à dolo, Glos. communiter recepta, in l. plagij, C. ad l. flauiam, de Plagiarijs, l. igitur, ff. de liberari causa, & potest esse quòd tales puellæ, & aliæ simplices mulieres, prædicta conficiant, absque peccato mortali; quia ea didicerunt à consanguineis, credentibus esse res optimas, ideò error esset eas in iudicium deferre, ante monitionem.

5 Tertium dubium, an hæretici, & malefici occulti, sint denunciandi, si eorum delicta probari non possint? quicquid dixerit Ioannes Andreas in cap. nouit de iud. quando delicta tendunt in perniciem publicam, vt sunt prædicta est omninò facienda denunciatio iudicialis, quamuis delictum probari nequeat; quia superior vigilabit; & potest esse, quòd contra prædictas personas adsint aliæ denunciationes, ex quibus de facili possit

Digitized by Google

ſet deueniri ad torturam, & ad alia iuris remedia, & ſuccurri damno Reipublicæ, omni meliori mo
8 do, quo poteſt; ad quod quilibet tenetur S. Tho. 22. q. 33. art. 7. Royas latiſſimè in d. ſingulari fidei 3. Gaieta. Vannes, Petrus de Aragonia, Salon ſuper D. Thom. 2. 2. quęſt. 68. art. 1. Sotus d. lib. 5. art. 1.

Quartum dubium, an dictæ perſonæ ſint denunciande, ſi ſint emendatæ? Reſpõdetur, quod, ſi pro certiſſimo habetur, quòd ſint emendatæ, non ſunt denunciandæ, ità colligitur ex D. Tho. d. art. 7. & tenet Sotus d. art. 1. d. q. 5. Royas vbi
9 ſuprà num. 32. vbi dicit, quòd cum hominis iudicium ſæpè fallatur, & difficile ſit cognoſcere correctionem talium perſonarum, quæ pluries fingunt eſſe correptas; tutius, & rectius eſt denunciare, & licèt aliàs emendatio probetur per Confeſſionem ſacramentalem, iuxtà latè tradita per Felin. in cap. teſtimonium, de teſtibus; tamen in hæreticis, maleficis, & alijs prędictis, non eſt ſemper tuta iſta experientia; ſed abitrio boni viri remitti debet; qui conſiderata qualitate perſonæ, id iudicabit. Poſſet ẽt præſumi emendatio, ſi conſequti fuiſſent Iubileum, aut acceſſiſſent ad Vrbem, pro cõſequtione Anni Sancti, aut alio modo verè oſtenderent ſigna emendationis. Declara, niſi hæreticus emendatus, dogmatizando, nocuiſſet Reipublicæ; quia eſt denuntiandus, vt

illi

Digitized by Google

illi satisfaciat, Locatus in opere Iudicial. q. 1. quì ità intelligendus est.

7 Quintum dubium, an sit præmittenda correctio fraterna in denunciatione talium perforarũ? respondetur, non esse præmittendam; nisi fortè quis esset omni firmitate certissimus, quod sua admonitione sequeretur emendatio, ità S. Tho. d. art. 7. Sotus d. art. 1. Royas dicto singulari 3. vbi loquendo de hæretico, censet tutius esse, absq; monitione denunciare. & dicunt Alphonsus de Castro lib. 2. de iusta hæreticorum punitione, cap. 2. & Iacobus Simancas, de Catholic. instit. tit. 19. & Royas, d. singulari 3. nullam legẽ reperiri, quæ iubeat, hæreticum prius corrigi, & posteà Iudicibus denunciari; nam Euangelium Matthæi xviij. dicit, si peccauerit in te frater tuus, hæreticus autem non est frater, sed extraneus, & non peccat in te, sed in Deum, vt per plura probat Alphonſ. vbi supra. Sit tamèn alia conclusio secundum Alphonſ. loco citato, quod si quis sciat, aliquem lapsum esse in hæresim; sed nescit, an sit pertinax, tenetur illum corripere, priusquàm Iudici denunciet; nam oportet esse certum denunciatorem de crimine illius, qui detinendus, vel accusandus est; nisi esset suspitio violenta: ait enim Sapiens Eccleſiast. 11. priusquàm interroges, nè vituperes eum. Sed hæc correctio, & monitio non est diu proroganda, nè fortè

Digitized by Google

fortè damnum eueniat Reipublicæ, vt si vérè hæreticus esset.

8 Sextum dubium, an debeat fieri talis denunciatio cum periculo vitæ? Conclusio sit negatiua, nisi hæreticus dogmatizaret in magnam Reipublicæ perniciem, vel malefica multum nocerent Reipublicæ, in animabus, & corporibus, occidendo pueros, & familia faciendo, tunc succedit illud, quod quilibet pro patria tenetur ponere vitam, vt dicit Sotus de iustitia & iure lib. 5. q. 1. art. 6. & 7. & ità intelligendus est Royas, qui non distinguit in d. singulari 3.

9 Septimum dubium an filij teneantur denunciare parentes hæreticos? & quod teneantur denunciare, dicunt Alphons. de Castro d. lib. 2. in c. finali Palatius Rubeus in cap. per vestras de donat. inter virum, & vxorem, §. 17. num. 7. Royas d. sing. 3. nam si licet pro defensione reipublicæ occidere parentes, l. minimè, ff. de religios. & sumptibus funerum, tanto magis denunciare. Contrariam opinionem tenet Tostadus, relatus à Symancha d. lib. tit. 29. num. 44. quicam sequitur, plura adducens, quòd filius non teneatur denunciare parentes, nisi in duobus casibus. Primus, quando hæresis patris tendit in perniciem publicam, vt si alios doceret. Secundus, quando interrogatur filius à Iudice, & hæc videtur veritas: sed hoc secundo casu filij non sunt cogendi ad deponendū con-

Digitized by Google

contrà parentes, quãdo alij testes haberi possunt; cùm sint personæ priuilegiatæ, quæ in subsidium cogi debent, vt dicunt Hostiensis, Io. And. Ant. & alij communiter in cap. 1. de testibus cogendis, notat etiam Nauarr. in cap. inter verba 11. q. 3. coroll. 66. num. 827. licèt alia per ipsum dicta non placeant; sed opinio Simanc. & ità in facti contingentia practicauimus in hoc secundo casu, quòd non coegimus filium, ad deponendum contrà fratrem in causa hæresis; cùm alij testes haberi potuissent.

Octauum dubium, an de hæresi suspecti, denunciari debeant; si leuiter, vel vehementèr suspecti sint. Veritas est, q; suspecti de hæresi vehementèr, vel violentèr tantùm, vt dicit Alphons. de Castro d. cap. 25. vndè leuitèr de hæresi suspecti non sunt denunciandi, est enim leuis suspitio, quæ oritur ex his, quæ rarò contingunt, & ex leuibus coniecturis, vt dicit Albert. de agnoscendis assert. q. 34. num. 36. Eymericus in 2. parte directorij q. 46. Symanc. tit. 50. num. 23. & leuis suspitio non rationabilis; sed temeraria dicitur D. Thom. 22. q. 60. art. 2. Sot. lib. 3. de iustitia & iure q. 4. art. 3. Symanc. d. tit. 50. num. 28. Iacobo Menoch. lib. 1. de præsumprionibus, q. 7. nu. 59. Imò periculosum est Iudici, ob leuem hæresis suspitionem honestum hominem de fide interrogare, vt dicit Symanch. in d. tit. 50. num. 28.

Pegna

Digitized by Google

Pegna super d. quæst. 46. directorij.

11 Nonum dubium, qui dicantur de hæresi, vel Apostasia suspecti vehementèr. Respondetur, q; dicuntur, qui talia agunt, vel dicunt, ex quibus oritur argumentum concludens frequẽtèr, & vt plurimùm talia facientes, vel dicentes esse hæreticos, Symanch. d.tit. 50. Eymericus d.2. parte, q.56.& regulariter tales sunt contumaces in causa fidei, cap. cum contumacia de hæreticis in 6. & tantòmagis excommunicati in causa fidei quocumq; modo, iuxtà Eymericum in d. q. 56. Impeditores Sancti officij. cap. vt inquisitionis de hæreticis in 6. Contrahentes binas nuptias Pegna super dicta q.56. Comedẽtes carnes diebus prohibitis ab Ecclesia sine necessitate quamuis aliquando id à voracitate prodire possit absque nullo mentis errore, Pegna super q.55.d.2.partis directorij, admiscentes Sacramenta, vel sacramentalia in sortilegijs, Alphonsus de Castro d.1. cap. 15. quoniam, nisi crederent sacramenta, aut sacramentalia habere virtutem, ad operationem maleficiorum illa nõ adhiberent, sequitur Pegna super q.42. d. 2. partis directorij. Item illa sortilegia sapiunt hæresim manifestè, in quibus sortilegi, & diuinatores rebus sacris abutuntur, per demonum inuocationẽ, Barbatius cons 55. vol. 1. quem sequitur lucerna inquisitorum verbo diuinatio, concludens eam diuinationem, quæ fit

Digitized by Google

cum candela, vel aqua benedicta, ad sciendum furta, vel alia occulta, sapere hæresim manifestè, refert, & sequitur Pegna super d. q. 42. vbi idem censet, quando admiscentur verba sacra in sortilegijs, vt Euangelium, Symbolum Fidei, Pater noster, Aue Maria, Psalmus aliquis Dauidicus, aut verba sacræ scripturę, seu aliæ sanctæ orationes. Item omnia illa crimina sapiũt hæresim manifestè, quæ præseferunt aliquid, quod est hæresis manifesta, vt baptizare Imagines, præsefert, q̃ ille sunt capaces sacramẽti baptismi, Præces nefarias demonibus fundere, aut illis sacrificare, Idolis genuflectere, & similia, quæ sapiunt manifestam hæresim, & idolatriam, vt pulchrè per Pegnam d.q.42. Symanch.tit.30.nu. 15. Item blasphemantes Deum hæreticaliter pluriès, & frequentèr in ludo, & extrà ludum, & ad leuem turbationis motum, sunt suspecti de hæresi vehemẽter, Eymericus in d. q.41. Dicuntur autem blasphemiæ hæreticales, quæ sunt contrà articulos fidei (nempè Renego Dio, non credo à Dio, & similes); Item inuocare Dęmones ad ea, quæ non possunt facere sua potestate naturali, vt ad sciendum futura, sapit hæresim manifestè; secùs si ad ea, quæ virtute naturali facere possunt, vt ad tẽtandum mulieres, ad impudicitiam; nisi ista inuocatio fieret deprecatiuè; quia tùnc saperet hæresim manifestè, iuxtà tradita per Eymericum in

d. p.

Digitized by Google

d. p. 2.q. 43. & ibi Pegna. Item ſunt vehementèr ſuſpecti de hæreſi, vel Apoſtaſia à fide facientes pactum cum dęmone, fabricantes, aut fabricari procurantes anulum, ſpeculum, vel phialam, aut rem quamcumq; aliam magicè, ad Dęmones inibi alligandos, & ab illis reſpoſa petunt, aut auxilium poſtulant, dęmonibus imolant, aut eos adorant, qui ſunt ipſo facto excommunicati, per extrauag. Ioannis in 22. relatã in directorio d.q. 43. Idem ex prædictis cenſeo de illis mulieribus, quæ vident in ſpeculo, & dant reſpoſa alijs, vt fuit reſolutum in Curia Archiepiſcopali; Item verberantes imagines Dei, & Sanctorum, vel in eas immunditias, aut lapides proijcientes ſunt regulariter ſuſpecti vehementer de hæreſi circa venerationem imaginum, Alphonſ. de Caſtro de iuſta hæret. punit. cap. 15. & hęc magis frequentia retuliſſe ſufficiat alia ponit Eymericus in d. q. 36. quem vide.

12 Decimum dubium ex præcedenti deſcendens an detinentes libros prohibitos hæreticorum ſint denunciandi, & ex bulla Pij Quarti incip. Dominci Gregis contra tales procedi poſſit tãquam contra ſuſpectos de hæreſi. Et ſit concluſio, quod non omnes detinẽtes libros prohibitos poſſunt dici ſuſpecti, ſed quos iuſtus Iudex arbitrabitur, & ita intelligẽda eſt dicta bulla nulla. n. ſuſpitio cadit ſi retinens eſſet homo probatę vi-

Digitized by Google

tæ. ſicut de re furto ſubtracta reperta pęnes hominem bonæ famæ dicunt Baldus, Imola in l. fin. ff. de hęret. inſtit. ſi neſcit legere, ſi eos cum hæreditate, vel mercibus accepit occluſos, ſi inconſiderate legerit, ſi quamprimum ſciuerit pręſentauerit Epiſcopo, ſi ſollicite quęſiuit abſolutionẽ, ſi parùm legerit. ſi reprehendẽti ſtatim obtẽperauerit; Idem quando libri ſcripti ab hæreticis nihil contra fidẽ continent, ſed quæ ad Grãmaticam, Medicinam, aut alias profanas artes ſpectant hęc equidem arbitrio boni Chriſtiani, nullam, aut ſaltem leuem ſuſpictionem, pręſeferunt, è contra ſi aduertens, aut ſciens legeret ſi totum. aut pluries, ſi reprehenſus non facilè, aut non ſtatim obediuit monenti, ſi ſciens retineat abſque facultate, ſi non quęſiuerit abſolutionem, ſi omnes paſſim legat; & ſine delectu, ſi reprehenſus tuetur factum, ſi inquirat vnde habere poſſis, aut curet ſibi aſportari, ſi non eſſe pręſentandos, aut comburendos contendat, ſi abſolutionem ſperhat, hęc enim ſunt ſigna animi contumacis, & vehementem cõtinent ſuſpictionem hęreſis, vt notabiliter dicunt Symanch. vbi ſupra tit. 38. num. 23. Menochius de arbitrarijs caſu 374. Pegna latiſſime in directorio inquis. ſuper cap. fraternitatis, de hęreticis fol. 93. Maſcardus de probationibus concluſ. 862. & ex his apparet quando ſint denunciandi, prout ſunt ſuſpecti

Digitized by Google

pecti vehementes, vel leuiter, sed quid dicẽdum
13 de detinentibus, scienter pentacula, quibus nigromantici, vti solent, & sit conclusio eos esse denunciandos, nam suspictio vehemens, est quod ipsis vtantur, vt experientia frequenter compertum est, & in anno 1599. fuit rescriptum à Sacra Generali Inquisitione Vrbis, qnòd torqueretur super intentione, siue credulitate, & vsu quidam doctor bonę famę, qui scienter pœnes se retinuerat pentaculum, & cum fuisset tortus, & non cõfessus abiurauit de leui pro retentione.

Vndecimum dubium, an sit denuncianda illa
14 mulier, quæ habet malum nomen maleficę ad quam plures concurrunt pro maleficijs, & superstitionibus, non tamèn apparet, quod fecerit aliquid sapiens hęresim manifeste, sed simplices superstitiones, nempè precantationes pro curandis infirmitatibus, & similia. Concludendum est, q sic, si pluries, & passim ad quorumcumque instantiam id faciat, nam non potest negari dictam mulierem nocere Reipublicæ, alias decipiendo, & præstando malum exemplum credẽdi talibus superstitionibus, & clara etenim est regula, quòd omnia delicta, quæ tendunt in perniciem publicam, sunt denuncianda, iuxtà suprad. Prætereà, dictæ mulieres, vt plurimum solent facere actiones sapientes hæresim, vel apostasiam manifestè, & fingunt dicere orationes, & nolunt ab alijs videri;

deri; & in dubio tutior via est eligenda cap. iuuenis de sponsi. maximè fauore fidei, & reipublicæ.

15 Duodecimum dubium, an possit dici malefica, (vulgo fattochiara) & sit denuncianda, quæ semel maleficium malitiosè, & ex certa scientia fecerit, & non pluriès. Videtur, quòd sufficit, si semel id fecerit; quia, quando delictum nominatur ab effectu, resultante ex actu, non sufficit semel actum fieri, vt meretrix, quæ dicitur à merẽdo libidinis stipendia, requiritur, quòd cum pluribus peccauerit; sed quando denominatur ab actu, vt homicida calumniator. Et tùnc sufficit semel actum fieri, iuxtà not. doctr. Ripæ in cap. 1. de iudicijs, num. 96. sic malefica dicitur à maleficio, quod facit, in contrarium verò videtur esse communis vsus loquendi, qui non habet pro malefica, nisi exercentem hanc artem, & ad quã homines concurrunt pro maleficijs, & superstitionibus; & communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi vocabuli, Bart. Bald. in l. non dubium, C. de legib. Imol. in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matr. Fel. latè in prohęmio Gregoriano. Quapropter arbitror non esse denunciandam mulierem, quæ semel maleficium fecit, aut superstitionem; nisi saperet hęresim manifestè; & simplicitas, aut alia iusta causa non excusaret.

Deci-

Digitized by Google

16 Decimum tertium dubium, an sit denunciandus hæreticus, qui accedit ac confessionem, animo non confitendi peccata; sed peruertendi cõfessarium, & inducẽdi ad hæresim; Concluſio sit affirmatiua, quòd est denunciandus; nam talis confessio non est sacramentalis; sed modus occultè dogmatizandi, Sotus de ratione tegendi membro 3.q.4. Syluester in verbo confessio 3.q. 3. & 4. Graff. in decis. casuum conscien. lib. 1. cap. 23. nu. 78. sed quid, si quis confitetur se esse hæreticum; sed nõ uult abstinere; vel vult abstinere; sed non denunciare alios hæreticos, Archi. in c. sacerdos de pœnit. dist. 6. dicit, quòd potest denunciari alicui, qui possit prodesse, & non obesse, vel tutius est dicere Prælato, vigila super gregem tuum; sed mihi placet opinio, quando non vult abstinere, quòd Confessarius ipsum denunciet inquisitori; nam confessio non est, quę non fit sub spe veniæ, ex dictis per Sotum, Syluestrum, & Graffium vbi supra. Secundo verò casu, quando non vult reuelare complices, placet opinio Archid. vt non fiat denunciatio; inquisitori siquidem non militat eadem ratio verè confitendi, licèt non possit consequi absolutionem, & prædicta vera esse censeo, quicquid dicat Royasin d. singul. 3.

17 Decimum quartum dubium qualis debeat esse ista denunciatio facienda iuxtà dictam constitutio-

Digitized by Google

tutionem. Concluſio ſit, quòd debet eſſe iudicialis, & non fraterna, & debet ſcribi iuxtà tradita ſupra in princ.

Decimum quintum dubiũ, quomodo debeat ſcire denunciator, vt cogatur tales perſonas denunciare, ſi de viſu, vel auditu, aut fama. In hoc dubio recurre ad notata ſupra in cap. 2. in fine, vbi dixi, quãdo quis dicatur ſcire in materia monitoriorum, vt teneatur reuelare; quia illa ſeruãda ſunt in denunciatione hæreticorum, & maleficorum.

SVMMARIVM.

1 *Deputata ad certos pios vſus, non poſſunt deputari ad alios, ſine auctoritate Papæ, etiam cum auctoritate Legati à latere; etiam in melius, vel de conſenſu hæredis.*

2 *Deputata ad pios vſus, quando poſſint in alios conuerti per Epiſcopum, ob impedimentum facti, vel iuris.*

3 *Legata ad pias cauſas, ſi ſint pro non ſcriptis, vel caduca, an debeantur?*

4 *Deputata ad certos pios vſus, quando per Epiſcopum conuertuntur in alios, ob impedimentum, an ſit neceſſarius aliorum conſenſus, & quorum.*

5 *Deputata ad certos pios vſus, an poſſint per Epiſcopũ conuerti in alios, ob difficultatem implementi?*

6 *Deputata ad certos pios vſus, an poſſint per Epiſcopum*

Digitized by Google

pium in alios vſus ad tempus conuerti.

8 *Relictum per anniuersario, an possit expendi in aliud pro vna vice?*

9 *Missarum numerus quando in synodo reuocari possit per Episcopum? & quòd Conc. Trident. non procedat in missis impositis in fundatione beneficiorum.*

10 *Episcopus an possit tollere qualitates appositas in fundatione beneficij, etiam cum consensu patroni.*

11 *Capellania cum onere celebrandi missas, an sit conferenda sacerdoti, & an actu sacerdoti.*

CAPVT XXIIII.

ACidit sæpe, quòd testatores faciunt legata ad pios vſus, quæ non possunt deseruire pro vſibus destinatis; & aliquando Ecclesiæ pro earum necessitate, vel vtilitate vellent vti legatis ad alios vſus, quàm destinatos; quæsitum fuit pluriès in Curia Archiepiscopali Neap. an auctoritate Episcopi id fieri possit? & quia hæc materia est valdè vtilis, & frequens quantum à doctoribus colligere potui, in hoc caput redegi. sit itaque conclusio, quòd destinata, siue relicta à fidelibus, ad certos pios vſus, non
1 possunt in alios conuerti, sine auctoritate Papæ, textus clarus in clementina quia contingit, de relig. domibus. Amplia, vt nec fieri possit com-

Digitized by Google

mutatjo à Legato de latere, Card. Imol. Bonif. in dicta clem. Amplia etiam, si commutatio fieret in melius, iuxta veriorem opinionem, Lapi. Imol. Bonif. in dicta clem. Abb. in cap. tua nobis, num. 4. de testamen. quia voluntas testatoris pro lege seruanda est, cap. vltima voluntas 13. q. 2. Amplia etiam, si accedat consensus hæredis; quia non agitur de vtilitate ipsius, cui possit renunciare; sed de seruanda voluntate defuncti, Card. Imol. Bonif. vbi supra, Fel. in cap. cum accessissent nume. 19. de const. Declara primò,
2 quando res legata non potest deseruire pro vsu destinato, impedimento iuris, vel facti; quia tunc potest fieri conuersio in alios pios vsus, auctoritate Episcopi, ità Card. Imola, Bonif. & alij in dicta clement. Innoc. Imola, Abbas in cap. nos quidem, per illum textum de testamentis, Fel. in d. cap. cum accessissent; Rocchus de Curte, de iure patron. in verbo pro eo; Petrus de Vbaldis de Canonica Episcopali, in septimo, cap. principali; Soc. de oblationibus lib. 9. q. penul. Mandosius, de signatura gratiæ, de communat. vltimarum voluntatum. Facit Concilium Tridentinum cap. 8. sess. 25. de refor. exemplum quando est impedimentum facti, vt si testator mandauit ædificari Ecclesiam, in tali loco, in quo nõ potest fieri propter bellum; vel si testator mandat fieri capellam, in aliqua Ecclesia, in qua construi

non

Digitized by Google

non potest, propter multitudinem aliarum Capellarum, vel, vt sæpe contingit, si relinquatur aliquid Ecclesiæ, pro missis dicendis, quæ non potest satisfacere, propter alia onera missarum, impedimentum iuris, si relinquatur aliquod stabile religionibus incapacibus; Circa quæ impedimenta, notandum, quòd, si impedimentum facti, est temporale, & speratur remotio impedimenti, vt, si testator legauit pro succursu Terræ Sanctæ, nec potest iri, propter impedimentum facti, debet expectari tempus commodum, vt in cap. non est. cap. quod super his de voto, ità Petrus de Vbaldis, vbi supra. Quo verò ad impedimentum iuris, idem Petrus distinguit, quòd, si legatum est factum Ecclesiæ, ad vsus honestos, quod de iure adimpleri non potest, tunc fiet cõmutatio; aut ad vsus inhonestos, vt si relinquatur, vt in ea fiant ludi teatrales, qui prohibentur, cap. cum decorem de vita, & honest. cler. tunc legatum est inutile, & non fiet commutatio, l. filius, ff. de conditionibus institutionum, Bart. in l. 1. ff. eodem tit. Dicitur etiam quid impossibile, quãdo requiritur dispensatio Principis; quia voluntas Principis habetur per impossibili, l. apud Iulianum §. fin. ff. de legatis 1. Imola in d. c. nos
3 quidem. Sed hic quæritur, quid si legatum ad pias causas, sit pro non scripto, vel caducũ, an adhuc debeatur, & verius est, quòd si principaliter

Digitized by Google

liter fit relictum pro anima, nempè, prò maritandis aliquibus puellis pauperibus, tunc debetur, secus, si contemplatione personæ, vel collegij, tunc enim non debetur, ità Bart. in l. pater, &. cusculanus, ff. de leg. 3. Abb. & imol. in cap. nos quidem, Anchar. in d. clement. quia contingit, Tiraquell. de priuilegijs piæ causæ, priuilegio 38. & sic per Episcopum fiet commutatio in alios
4 pios vsus. Sed fuit dubitatum, an Episcopus possit hanc commutationem solus facere? & iuxtà DD. requiritur consensus hæredis, ex dicto cap. nos quidem ibi tecũ, vbi Abbas, Petrus de Vbaldis, & Rocchus, vbi supra, si tamèn hæres nollet consentire, posset solus Episcopus, Fel. in c. cùm accessissent de const. quem ita intelligit Rocchus. vbi supra. Dicit tamèn Petrus de Vbaldis, quòd etiam requiritur consensus Ecclesiæ, cui legatur, ex l. legatum, ff. de vsufruct. leg. & leg. legatum, ff. de administ. rerum ad Ciuitatem pertinentium. Et si nec Ecclesia, nec hæres vellent consentire, Episcopus solus id faciet, ex Bart. in d. leg. legatum, ff. de vsufruct. legat. per l. 1. C. de nuptijs. Si hæres contradicat, & Ecclesia consentiat Episcopo commutare nolenti, prævalebit consensus Ecclesiæ, ad tuendam voluntatem defuncti, d. l. legatum, ff. de administ. rerum ad Ciuit. ità Petrus, vbi supra. Requiritur etiã ex Concilio Tridentino, in illo casu particulari, d. cap. 8.

sess.

sess. 25. de refor. consensus duorum Canonicorum. Et quando Episcopus facit hanc cõmutationem, debet eam facere in alios vsus pios, proximiores voluntati defuncti; vt clarè colligitur, ex d. cap. 8. Declara secundò, quòd Episcopus possit hanc commutationem facere, non solùm quando est impossibile adimpleri voluntatẽ defuncti, quoad vsus destinatos; sed etiam, quando est difficile; nã difficile æquiparatur impossibili, Gem. in cap. Canonicis, 19. distin. & in cap. ab exordio, dist. 35. Fel. in cons. 42. num. 17. Mandosius vbi supra, qui dicit, tutius esse in hoc casu, petere dispensationem à Papa. Declara tertiò, vt d. clement. procedat, quando vsus pij continent temporalitatem; secus si spiritualitatem; quia tunc possunt conuerti ab Episcopo. Inn. in cap. significatum de præb. quem sequitur Anto. de Butrio, & videtur sequi Abbas; sed Imola ibi tenet contrarium, propter generalitatem d. clem. quia contingit, Bart. in d. l. legatum, ff. de vsufru. legat. qui loquitur de legato, qui sapit spiritualitatem. Idem videtur tenere Bald. in l. si testamentum, C. de testamentis, Barbatius latè in cõs. 23. volum. 1. vbi id probat aliquibus rationibus, præsertim illa, quòd spiritualia sunt potentiora temporalibus, c. inter corporalia, de transl. Episc. Sed inferior non potest commutare temporalia, tantò minus spiritualia, c. cùm in cunctis de elec-

Digitized by Google

ctione, & ista opinio est verior. Dicit tamen Imola, quòd posset Episcopus facere commutationem, quando spiritualia nō essent in se licita, iuxtà d. l. legatum, ff. de vsufruct. leg. & ibi notata per Bart. Quando verò dubitaretur, an spiritualitas esset licita nec ne? recurrēdum esset ad Papam, arg. cap. venerabilem, de electione. Declara quartò, vt possit fieri commutatio ad alium
7 vsum per Episcopum, ad tempus, & non perpetuò, & ex aliqua causa, ità Marianus, Soc. d. libello 9. per textum, in l. 1. C. de expens. iud. lib. 10. Vbi dicitur, quòd legatum factum Ciuitati, ad certos vsus, non potest perpetuò deputari ad alios, nisi de licentia Principis; sed potest cum licentia Præsidis ad tempus deputari. Idem videtur tenere Ant. de Butrio, in cap. fi. de testamentis, sequitur Fel. in d. c. cum accessissent, dicens, quòd legatum, pro anniuersario, potest, pro vna vice in aliud expendi, & postea redire ad solitū.
8 Idem tenet Gugliel. de Benedictis, in cap. Rainutius de testat. in verbo reliquit, num. 19. & per ista, fuit resolutum in Cur. Archiep. quòd redditus cuiusdam Capellæ, deputati per Missis celebrandis, poterant pro vna vice conuerti in emptionem paramentorum pro d. celebratione. Declara quintò, vt possit fieri commutatio, accedente voluntate offerentis, Card. Imola in d. clem. Fel. Soc. Guliel. vbi supra. Declarà sextò,

in

Digitized by Google

in relictis fratribus minoribus Sancti Franciſci, quæ, ex priuilegio, poſſunt commutari in alios vſus; ſine tamèn ſcandalo hæredum, vt in compendio priuilegiorum Mendicantium, in verbo commutatio. Declara ſeptimò, ut poſſit Epiſcopus in ſynodo refrenare, ſeu reducere numerum miſſarum relictarum à fidelibus, vbi tenues ſunt eleemoſinæ, & Miſſæ non dicuntur, Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 4. de refor. circa quem textum declarauit Sacra Congregatio quòd ſufficit, ſi in memento fiat commemoratio pro defunctis, pro quibus erant dicendę Miſſę reductę. Item declarauit, quòd ille textus loquitur de Miſſis relictis à fidelibus; & procedit etiam in reductione officiorum defunctorum; non tamèn in alijs ſuffragijs, nec in Miſſis impoſitis in fundatione beneficij, quod nota. Declara octauò, quando legata, propter non adimpletum modum, redijſſent ad hæredē, ut poſſint commutari de eius voluntate, in alios uſus; nam quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter l. in re mandata, C. mandati, Soc. ubi ſupra. Declara nonò ſecundum Imol. in l. 1. ff. de cond. inſtit. quem ſequitur Fel. in cap. ſuper his, de accuſationibus, in ſecunda columna. Guglielmus, ubi ſupra, num. 20. quòd licet Epiſcopus, uel alius, citra Papam, non poſſit alterare relicta ad pios uſus, uoluntate teſtatoris iam executa, tamèn poteſt Epiſcopus id facere ante exe-

cutio-

Digitized by Google

cutionem; quia facilius tolluntur facienda, quàm limitationem non credo ueram propter generalitatem dictæ clementinæ. Notandum etiam, q̃ ex Conc. Trident c. 6. sess. 22. de reformat. Episcopi, tamquã sedis Apostolicæ delegati, possunt reuidere commutationes ultimarum uoluntatũ, an fuerint subreptitiè impetratæ. Vltimò notandum, quòd, hodie, post Concil. Trid. cap. 5. sess. 25. de reform. non potest Episcopus tollere qualitates appositas in fundatione beneficiorum, nec etiam de consensu patroni, ut censuit Sacra Congregatio, & collig. ex dicto c. 5. contrà notata per Antonium Abbatem, Imol. & Fel. latissimè in cap. cum accessissent de constit. dum dicunt posse pro vna vice Episcopum conferre capellaniam sacerdotalem, non sacerdoti, de consensu hæredis, hic obiter nota, quòd si testator mandauit, quòd eligatur Capellanus sacerdos; tunc sacerdos eligi debet; secus si dixerit, quòd Capellanus celebret; nam tunc potest huic oneri Missarum satisfieri per substitutum, cum non sit electa industria personæ, & qui per aliũ facit per se ipsum facere videtur; tenet Lap. allegatione 116. & 117. & ità censuit Sacra Cõgregatio, ac proinde potest conferri non sacerdoti, & ita intelligendus est Lambertinus de iure patron. 1. part. 2. lib. art. 27. q. 7. & quando debet eligi sacerdos, debet esse actu sacerdos, & nõ sufficit,

ficit, quòd intrà annum possit promoueri, quando tamèn onus impositum est à laicis ne retrahãtur ab edificationem Ecclesiarum secus si ab Ecclesiastico, vel per statutum Ecclesiæ, Lambert. vbi supra, & cap. ei cui, de præb. in 6. procedit, quando non à laicis est impositum onus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia iniuncta à Papâ in dispensatione matrimoniali incestuoso viro, quòd operam suã conferat fabricæ Ecclesiæ; an possit à delegato commutari in aliud pium opus, si vir sit persona nobilis, vel delicata?*

2 *Episcopus, quando possit diminuere pœnitentiam iniunctam à Papa.*

3 *Incestuosi, qui impetrauerunt dispensationem à Papâ, an possint peracta pœnitentia publica contrahere matrimonium; præstita solum cautione per iurum, de conferendo operam suam fabricæ Ecclesiæ.*

4 *Dispensatio matrimonialis impetrata, non facta mentione de incestu, an valeat?*

5 *Incestuosi, qui post factam separationem à Delegato, cui commissa est dispensatio matrimonialis, de nouo se cognouerunt, indigent noua dispensatione.*

6 *Dispensatio matrimonialis concessa à Papa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in loco vicino suæ patriæ sibi parem inuenire posset?*

Digitized by Google

cutionem; quia facilius tolluntur facienda, quàm limitationem non credo ueram propter generalitatem dictæ clementinæ. Notandum etiam, q̃ ex Conc. Trident. c. 6. sess. 22. de reformat. Episcopi, tamquã sedis Apostolicæ delegati, possunt reuidere commutationes ultimarum uoluntatũ, an fuerint subreptitiè impetratæ. Vltimò notandum, quòd, hodie, post Concil. Trid. cap. 5. sess. 25. de reform. non potest Episcopus tollere qualitates appositas in fundatione beneficiorum, nec etiam de consensu patroni, ut censuit Sacra Congregatio, & collig. ex dicto c. 5. contrà notata per Antonium Abbatem, Imol. & Fel. latissimè in cap. cum accessissent de constit. dum dicunt posse pro vna vice Episcopum conferre capellaniam sacerdotalem, non sacerdoti, de consensu hæredis, hic obiter nota, quòd si testator mandauit, quòd eligatur Capellanus sacerdos; tunc sacerdos eligi debet; secus si dixerit, quòd Capellanus celebret; nam tunc potest huic oneri Missarum satisfieri per substitutum, cum non sit electa industria personæ, & qui per ãliũ facit per se ipsum facere videtur; tenet Lap. allegatione 116. & 117. & ità censuit Sacra Cõgregatio, ac proinde potest conferri non sacerdoti, & ita intelligendus est Lambertinus de iure patron. 1. part. 2. lib. art. 27. q. 7. & quando debet eligi sacerdos, debet esse actu sacerdos, & nõ sufficit,

ficit, quòd intrà annum possit promoueri, quando tamèn onus impositum est à laicis ne retrahãtur ab edificationem Ecclesiarum secus si ab Ecclesiastico, vel per statutum Ecclesiæ, Lambert. vbi supra, & cap. ei cui, de præb. in 6. procedit, quando non à laicis est impositum onus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia iniuncta à Papa in dispensatione matrimoniali incestuoso viro, quòd operam suã conferat fabricæ Ecclesiæ; an possit à delegato commutari in aliud pium opus, si vir sit persona nobilis, vel delicata?*

2 *Episcopus, quando possit diminuere pœnitentiam iniunctam à Papa.*

3 *Incestuosi, qui impetrauerunt dispensationem à Papa, an possint peracta pœnitentia publica contrahere matrimonium; præstita solum cautione per virum, de conferendo operam suam fabricæ Ecclesiæ.*

4 *Dispensatio matrimonialis impetrata, non facta mentione de incestu, an valeat?*

5 *Incestuosi, qui post factam separationem à Delegato, cui commissa est dispensatio matrimonialis, de nouo se cognouerunt, indigent noua dispensatione.*

6 *Dispensatio matrimonialis concessa à Papa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in loco vicino suæ patriæ sibi parem inuenire posset?*

Digitized by Google

7 Dispensatio est latè interpretanda, quatenus verba sonant.

8 Dispensatio matrimonialis ob incompetentiam dotis qualiter sit intelligenda, & quid, si pater habet plures filias, an censeatur posse dotare vnam, si nō potest commodè omnes dotare; sed vnam tantum?

9 Dispensatione à Papa obtenta super impedimento occulto, post contractum matrimonium, an necessarius sit nouus consensus alterius coniugis, ignorantis impedimentum, & an forma Coucil, Trid de nouo requiratur?

10 Impedimentum duplex cognationis habens, tenetur vtrumq; in dispensatione exprimere.

11 Electio semel facta de viro discreto, cui à Papa commissa est dispensatio matrimonialis, nō pōt mutari.

12 Dispensatio matrimonialis in 4. & 5. gradu non requiritur; & quid seruetur?

13 Delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, nihil potest percipere pro labore, neque esculenta, & poculenta, neque pro studendo processui, nec pro accessu, & quid pro transumptu, & quid in notario.

14 Raptus quomodo probetur in materia dispensationis matrimonialis.

15 Consanguinitas an probetur per solam confessionem impetrantium dispensationem.

16 Dispensatio matrimonialis non est facienda, si adest scandalum, quamuis omnia sint probata.

17 Episcopus, coràm quo mouetur lis super nullitate matrimo-

Digitized by Google

trimonij, an possit cognoscere de subreptione dispensationis matrimonialis iam facte à delegato.

CAPVT XXV.

FRequentissima est in Cur. Archiep. Neapol. materia dispensationum matrimonialium, de qua multa à Doctoribus traduntur, & signanter ab Henriquez de matrim. cap. 3. Ego vero aliqua magis ad praxim accedentia hic inserere uolui.

Et primò, fuit dubitatum in Curia Neap. an possit delegatus, cui commissa est dispẽsatio matrimonialis commutare pœnitentiam iniunctam viro incestuoso, quòd operam suam conferat fabricæ Ecclesiæ, si sit persona nobilis, vel delicata. & quamuis Episcopus possit ex causa commutare pœnitentiam iniunctam à Papa iuxta Glo. in c. tempora 26. q. 6. Fel. Dec. & alios in c. at si clerici, §. de adulterijs de Iudic. id procedit in foro conscientiæ non exteriori, iuxta Dec. in dicto §. de adulterijs, num. 31. tantominus delegatus, qui tenetur seruare formam commissionis. Nihilominus fuit dictum posse hanc commutationem fieri à Delegato, siquidem dispensatio non astringit se ad fabricam tantum, vt indicant illa verba, vel alteri pio loco, quæ fuissent posita in

Digitized by Google

genitiuo, non in datiuo, & re delata ad Vrbem fuit in anno 1601. rescriptum Curiæ Archiepiscopali posse fieri dictam commutationem. Item
3 fuit rescriptum, quòd incestuosi, qui impetrauerunt dispensationem, non poterant contrahere matrimonium peracta pœnitentia publica, solum præstita cautione per virum de conferendo operam suam fabricæ Ecclesiæ, sed omnia expleri debent, & postea concedi licentia contrahendi fuit etiam per Curiam considerata illa dictio, tunc, solita poni in dispensatione, quæ denotat extremitatem temporis l. 4. §. fin. ff. de condic. &
4 demonstr. & illa dictio demum. Item solet dubitari an valeat dispensatio matrimonialis impetrata non facta mentione de incestu, Nauar. in cons. 8. 9. & 10. de consanquinit, & affin. tenet eam valere, contrarium refertur censuisse Sacr. Congregationem Concil. Trid. Propterea Cur. Archiep. Neap. non concedit licentiam contrahendi nisi impetretur noua dispensatio, quinimmo cũ eodem anno 1601. quidam incestuosi quorum
5 dispensatio commissa erat Vicario Neap. post factam separationem ab ipso de nouo carnaliter se cognouissent fuit rescriptum ab vrbe esse opus noua dispensatione, & sic eam impetrauerunt obtento breui perinde valere, quando tamen incestuosi expressserunt incestum, & non se separauerunt, valet dispensatio, vt patet ex verbis

dispen-

Digitized by Google

dispensationis, dum præcipitur fieri separationẽ.

6 Aliud est dubium si dispensatio est concessa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in alio loco insigni, vicino suæ patriæ, virum suæ conditioni parem inuenire posset. Videtur, quòd non, per tex. in l. hoc modo, ff. de condit. & demonstrat. vbi censetur permissum quid fieri in loco prohibito, dummodo alibi cõmodè fieri non possit, & non aliter, & dispensatio est strictè interpretanda, cap. 1. & 2. de filijs præsb. in 6. Contrarium fuit seruatum in Curia Archiep. Neap. cùm in dispensatione non ponatur dicta conditio; & licèt sit strictè interpretanda regulariter, tamen est latè interpretanda, quatenus

7 verba sonant, & natura verborum requirit, Dec. in d. §. de adult. num. 169. & etiam priuilegia simpliciter loquentia sunt simpliciter intelligenda, vt non recedatur à vi verborum, textus notab. vbi Ant. in cap. ad audientiam, de decimis; & potestas dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda, quando nemini nocet cap. fi. vbi omnes, de simon. & si Papa hoc voluisset, expræssisset, & contrà eum, qui legem dicere potuit, larga est facienda interpretatio, regul. contra eum, de regul. iuris, in 6. Calder. conf. 1. de affin. & consang. Non obstat textus in l. hoc modo; quia, ibi erat facta prohibitio quid faciendi in certo loco, in isto verò casu permissio. Circa dispen-

pensationem impetratam propter incompetentiam dotis. est notandum, quòd sufficit defectus
8 dotis, ad contrahendum cum illo, qui mulierem petit, & non cum quolibet sibi pari, vt probat Nauar. in cap. 22. num. 88. Nec habetur ratio, q; puella speret magnam hæreditatem, quæ sibi de necessitate nō debetur, etiam si sit materna, Nauar. cons. 19. de rescript. sed quid si pater habens plures filias, posset commode dotare vnam; sed habita ratiōne dotiū aliarum filiarum, non posset vnam dotare, an dispensatio sit subreptitia, si exprimat dotis incompetentiam? Dicendum est, q; non; nàm illud dicitur fieri non posse, quod cōmodè fieri non potest, l. nepos proculo, ff. de verborum signific. cap. faciat, 22. q. 2. Non obstant dicta per Afflict. in decis. 179. circà l. final. C. de dotis promiss. quia est diuersa ratio; nàm potest prima filia dotari de bonis paternis, secunda de maternis. Notandum præterea, quòd dispensatio impetrata ab vno coniugum, valet quoad alium, etiam ignorantem; cùm dispensatio extendatur
9 ad connexa, & inseparabilia, Glos. in cap. si quis in clero, 7. q. 2. & obtenta dispensatione super impedimento occulto, quod altera pars ignorabat, est necessarius nouus consensus amborum, etiam partis ignorantis, ad contrahendum de nouo; & ex stylo ponitur, de nouo præstito cōsensu, Nauar. in cons. 14. de sponsal. Est tamen subreptitia

dispen-

Digitized by Google

dispensatio, in qua narratum fuit oratores ignorasse impedimentum, si alter coniugum ipsum sciebat, neq; talis dispensatio prodest alteri, propter indiuisibilitatem, Nauar. in cons. 16. de consang. & affinit. & quando matrimonium fuit contractum in facie Ecclesiæ, coràm Parocho, & testibus, si detegatur impedimẽtum occultum obtenta dispensatione, potest de nouo contrahi, sine Parocho, & testibus; notificata tamen alteri coniugi nullitate matrimonij, ex declaratione Pij V. Nauar. in cap. 22. num. 70. Ledesma de matrimonio, q. 45. in fin. Henriquez de matrimonio, c. 3. §. 6. & tunc sufficit reualidari consensum matrimonij inter eos aliquo signo expresso, vel saltèm per copulam habitam maritali affectu; nec est opus noua licentia Episcopi. Quandò verò timetur scandalum, si mulier notificaret impedimentum occultum fornicariæ coniunctionis, satis est, si ipsa dissimulando persuadeat viro, dum benevolus apparet, vt velit ex tunc ipsam habere pro vxore, sicut ex nunc ipsa pro marito illum acceptat, vel dicat marito se scrupulis angi de cõsensu legitimi matrimonij, & rogat maritum, vt de nouo renouet consensum, Nauar. d. num. 70. & Henriq. d. §. 6. Hinc matrimonium mẽtu occulto contractum, coràm Parocho, & testibus, ignorantibus impedimentum, solo consensu reualidatur, absque aliqua dispensatione, Ledesma d. art.

7. &

Digitized by Google

7. & si Iudex ex probatione falsa pronunciet pro matrimonio, quòd in facie Ecclesiæ fuerat contractum, tùnc etiam absq; tali solèmnitate contrahi potest; Idem, quando matrimonium fuit contractum inter impuberes nõ notorios, postèà poterit reualidari inter se ipsos solùm, Henriqu. & Ledesma vbi suprà. Itèm notandum, quòd habens duplex impedimentum affinitatis, & cõsanguinitatis, debet vtrumque exprimere; alias dispensatio est subreptitia, Mandosius de liter. gratiæ de dispens. matrim. Idem, quando concurrũt impedimenta publicæ honestatis, & affinitatis, iuxtà Glos. communiter receptam in arbore affinitatis, quicquid dicat Glos. in cap. non debet, de consang. & affinit. quæ est intelligenda, quando saltèm tacitè fit mentio de impedimento publicæ honestatis, Abbas, Præpos. in d. cap. non debet, Nauar. cons. 7. de consang. & affinit. Valet tamen dispensatio quoad impedimẽtum expræssum; sed non potest habere effectum; nisi obtineatur super alio sicut potest quis absolui ab vna excommunicatione, alia remanente valida, iuxtà Glos. in cap. ex parte, de officio ordinar. Itèm notandum, quòd electio semel facta de viro discreto, cui à Pœnitentiaria commissa est dispensatio, non potest mutari; cùm dicatur in breui. Discreto viro per latorem præsentium eligendo, & iurisdictio delegata de persona in personam, etiam

etiam de consensu partium, prorogari nõ potest, cap. p. & g. de officio delegat. Nauar. cons. 8. de
12 consang. & affinit. Præterea notandum, quòd in 4. & 5. gradu consang. vel affinitatis non requiritur dispensatio; quia computatio fit à remotiori gradu, cap. final. de consang. & affinit. sed ad tollendas murmurationes ignorantium iura, solet Curia Archiep. ad instantiam contrahere volentium declarare nullum inter eos adesse impedimentum, quin contrahere non possint: quando verò impetratur dispensatio ab Vrbe in 3. & 4. vel 2. & 3. gradu sufficit exprimere remotiorem gradum; sed debent postea obtineri literæ declaratoriæ propinquioris gradus, ex bulla Pij V. incipiente, Sanctissimus. Rursus est notandum,
13 quòd Delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, nihil potest percipere pro labore impenso in capienda informatione, & aliis actis dispensationis, ex claris verbis breuis, ibi, (Cuiuscumq; muneris, aut præmij, etiam sponte oblati;) neque esculenta, & poculenta, vt optimè probat Nauar. in cons. 21. de rescript. neque pro studendo processui, prout declarauit Sacra Congregatio, neque etiam pro accessu ad examinandum testes, commorantes in alijs locis, cùm id tendat ad capiendum informationem; si tamen delegatus esset pauper, crederem, quòd ratione interesse, quod pateretur in accessu prædicto pro

Digitized by Google

vecturis equorum, posset aliquid accipere, cùm id in Breui non prohibeatur, sed tantùm munus aut præmium, & pariter, si post concessam dis- 12
pensationem, vellent coniuges pro eorum maiori cautela pœnes se habere transumptum dispensationis, non video, cur aliquid à Vicario accipi non possit? sicut pro transumptu aliarum scripturarum, cùm id non cõcernat dispensationem, & ità aliquando fuit seruatum in Curia Archiepiscopali; Notarius verò pro actis conficiendis potest aliquid accipere, prout declarauit Sacra
14 Congregatio. Ad hæc notandum est circa informationem raptus, quòd rapta dicitur puella etiã volens, dummodo inuitis parentibus, vel tutoribus, l. 1. C. de raptu Virginũ, & raptus sine violentia esse non potest, qui autem per munera data, aut promissa persuadet puellæ, vt domum exeat, & ad ipsum veniat, dicitur violentiã inferre, Nau. cons. 3. de rapt. ex Arig. in Auth. de leno. Dum dicit eum, qui allexit vxorem alterius ad adulterandũ muneribus, vel promissis dici posse adulteratum fuisse illam inuitam, Idem arbitror, si dolosè puellam ad se nolentem accedere per vicinam quis vocari fecerit in domo ipsius vicinæ, in qua ipse manens absconditus stupraverit eam, quæ aliàs nõ accessisset ad dictam domum, si sciuisset stupratorem ibi manere, vt raptus cõmittatur; non tamen consideratur raptus sine

ſtupro ſecuto, Ang. in l. 1. C. de rapt. Clarus in §. raptus, Mandoſius de diſpenſatione matrimoniali. Nec conſideratur in virgine vltrò ſequente, & adeunte virum, amore illius capta, licèt ſtuprata fuerit, niſi perſuaſa muneribus datis, vel promiſſis, vt ſupra dixi. Nec, ſi fuerit ſtuprata; ſed non ducta de loco ad locum, Doctor. in d. l. 1. neque ſi eſſet ducta per vim de vna camera ad aliã, cauſa commodioris coitus, Maſcard. in verbo raptus. Nec de iure canonico conſideratur in virgine deſponſata, quæ cauſa contrahendi matrimonium inuitis parentibus accеſſit ad virum, licèt ab eo ſtuprata fuerit, cap. fi. de raptor. ſciendum etiam, quòd in dubio mulier præſumitur rapta ab homine; niſi eſſet meretrix, vt latè per Maſcard. vbi ſuprà. Circa conſanguinitatis gradum probandum, ſolet dubitari, an probetur per ſolam confeſſionem impetrantium diſpenſationem? & videtur, quòd ſic; ſiquidem confeſſio facta in iudicio, plenè probat l. 1. C. de confeſſis, l. generaliter, C. de non numerata pecunia. Contrarium ſeruatur in Curia Neap. ex regula, quòd alleganti incumbit onus probandi, l. ei, qui dicit, ff. de probatio. faciunt notata per Affl. in deciſ. 377. & per Brunum de ceſſione bonorum, q. 26. & tradita ſuprà in cap. 3. num. 18. faciunt etiam illa verba diſpenſationis. Diligentèr te informes, quæ non ponerentur, ſi aſſertioni impetrantium

Digitized by Google

ſtandum eſſet. Quo verò ad probandam conſanguinitatem per teſtes de auditu, requiruntur duo decim requiſita in dictis teſtibus, quæ enumerantur in c. licèt ex quadam, de probat. & latiùs per
16 Farinac. de teſtib. q. 69. n. 103. eſt tñ aduertendũ, quòd quamuis omnia probata fuerint, ſi adeſt ſcandalum, diſpenſatio fieri non debet, ex regula cap. nihil de præſcript. vbi latè Feli. quinimò Epiſcopus debet impedire matrimonium cõtrahendum ſemper, quando eſt timor futuri ſcandali, Abbas notabiliter in cap. cùm in tua de ſponſal, per illum textum, Fel. in d. cap. nihil. Vlte-
17 rius notandum, quòd, ſi fuit facta diſpenſatio matrimonialis à Delegato, & poſteà accuſetur matrimonium coràm Epiſcopo, poteſt ipſe Epiſcopus cognoſcere de ſubreptione dictæ diſpẽſationis, vt ſi fuit expreſſum vnum pro alio, & ità fuit iudicatum in Curia Neap. ex Abbat. in cap. cum
18 veniſſent de iudicijs. Vltimò notandum, quòd, magna diligentia debet vti Delegatus cui commiſſa eſt diſpenſatio, propter anguſtiam loci, aut incompetentiam dotis; quia, vt plurimùm dictæ diſpenſationes ſolent eſſe ſubreptitiæ; & propterea ſolet aliquando Curia ſe informare ex officio, & non examinare teſtes à parte productos, maximè, quando perſonæ, quæ intendunt contrahere, ſunt infimæ qualitatis, & locus non eſt valdè anguſtus, nempè, Caſale Afragolæ, aut oppidum

Digitized by Google

pidum Turris Octauæ. Notandum etiam, quòd quando impetratur dispensatio à Papa, dummodo augeatur dos, nõ admittitur in Cur. Archiep. vir ad constituendum dotem simpliciter, super omnibus bonis suis; sed in specie debet ostendere, si habet bona, vt sit consultum vxori in casu eius mortis, nè de nouo indigeat tali dispẽsatione.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi an possit remittere denunciationes ante matrimonium.*

2 *Denunciationum omittendarum ante matrimonium causæ plures afferuntur.*

3 *Episcopus debet impedire matrimonium contrahendum, quando est timor scandali.*

4 *Denunciationes quando ommittantur in Cur. Archiep. examinantur testes, quod non adest impedimentum.*

5 *Denuncians impedimentum matrimonij quomodo recipiendus, & ad quid teneatur, si falsum denuntiet.*

6 *Testis vnus quando impediat matrimonium, & an eius nomen parti edi debeat, & quid si sit socius criminis, & quid in fama.*

7 *Denunciationibus factis in vna parochia, si sponsi accedunt ad habitandum in alia, quid seruetur Neap.*

8 *Denunciationes fiunt de nouo in Ciuit. Neap. si matrimonium non est contractum intra duos menses à tem-*

Digitized by Google

tempore denunciationum, & affiguntur in valuis Ecclesiæ, & non fiunt sine expresso consensu contrahere volentium.

9 *Exteri quomodo admittantur ad contrahendum matrimonium in Ciuitate Neap.*

10 *Denunciationes ante matrimonium non possunt fieri diebus ferialibus.*

11 *Mors viri quomodo probetur, ad finem contrahendi matrimonium.*

CAPVT XXVI.

DE denunciationibus faciendis in Ecclesia ante matrimonium ex Concil. Trid. cap. 1. sess. 24. de refor. plura tradunt Ignatius Lopes sup. praxi Diaz cap. 73. Io. Seura in directorio iudicum Ecclesiasticorum par. 2. c. 16. Henriqu. de matrimonio, cap. 5. Ego verò aliqua in praxi occurrentia succinctè ponam, & in primis seruatur in Curia Archiepis. quòd Vicarius ex causa remittit tales denũciationes, quod licèt
1 non videatur posse subsistere, Iacob. Menoch. in consil. 69. volum. 2. Henriqu. de matrim. cap. 5. §. 5. in oppositum est veritas; nam numquã Concilium Tridentinum excludit Vicarium, quãdo facit mentionem de Ordinario, vel Episcopo, nisi expræsse excludat, vt in cap. 6. sess. 24. de refor.

Item

Digitized by Google

Item Vicarius dicitur ordinarius, Glos. in cap. 1. de offic. Vicarij in 6. & Vicarius potest cognoscere de causis matrimonialibus, sine speciali mãdato Episcopi iuxtà Abb. Præpositum in c. fin. de cognit. spirituali, Couar. lib. 4. epitomæ, cap. 8. §. 12. num. 1. & magis communem, de qua testatur Iacobus Sbrottius de officio Vicarij lib. 2. q. 44. tantomagis poterit cognoscere de præambulis, l. de qua re, ff. de iudicijs, præterea in eodẽ decreto Concilij super licentia danda alteri sacerdoti ad celebrandum matrimonium Vicarius est ordinarius, & hanc opinionem tenẽt Iacobus Sbrottius d. lib. q. 47. Ignatius Lopez, & Io. Secura vbi supra. Secundo solet dubitari, ex quibus causis denunciationes remitti possint; nam clarũ est sine causa non esse remittendas, cum arbitriũ debeat esse regulatum, & non sine causa est recedẽdum à iuris dispositione, iuxtà latè tradita per
2 Menochium de arbitrarijs Iudicum quæst. 13. & plures causæ à Doctoribus afferuntur. Prima, periculum impediendi matrimonium; sed ante eõ sumation ẽfieri debent d. c. 1. Conc. Trid. Secũda inæqualitas ad contrahẽdum, si nobilis ducat ignobilem, si dives pauperem, si senex iuuenem, Paludanus in 4. dist. 28. q. 2. art. 3. concl. 3. Henriquez de Bottis, de synodo Episcopi 4. par. art. 1. Nauar. in Manuali, c. 22. nu. 76. Tertia causa est, si constitutus in articulo mortis cum concu-

bina

bina contrahere desiderat, vt proles suscepta legitimetur, & forsan bona parentum, ac generis nobilitatem consequatur, quo casu dicunt quidam solius Parochi authoritate ex tacita commissione Episcopi omitti posse, si Ordinarij copia haberi non potest: & posteà ante consumationē, potest Parochus facere alias denunciationes, Sotus in 4. dist. 28. parte 1. art. 2. Ioannes Secura d. c. 16. nu. 3. Henriqu. d. §. 5. Quarta causa est timor parētum, ne impediatur matrimonium, Paludan. loco citato, quæ causa non videtur vera, Menoch. d. consil. 69. ex quo, pater non dicitur impedire filio bonum matrimonij, cum alteram de patris consilio suæ conditioni parem ducere poterit; nam paritas in matrimonio plurimi habenda est, iuxtà latè tradita per Tiraquell. de legibus coniubial. l. 5. nec malitia, quæ dolum, & calumniam supponit, c. cum inhibitio de clandestina desponsat. in patre considerari potest, qui iure suo vtitur, & nemini iniuriam facit, dum consilium dat filio, ne ducat indignam, sequitur Ioannes Secura d. cap. 16. qui limitat, quando malitia ex aliqua iusta causa appareret, vel quando filia excessit 25. annum, & pater est in mora ipsam matrimonio tradendi, vel quādo filius æqualem, vel maiorem ducere vult, vel quando miserabiles filij sub potestate nouercali positi sunt; nam tùnc quælibet potest prę sumi malitia maximè

Digitized by Google

mè si ex hereditate materna facti sunt diuites; quia, nè matrimonium contrahendo parentes aliquos bonorum fructus amittant, quæ habet obijcient malitiosa impedimenta; & prædicta per Menochium considerata videntur posse procedere multò magis, quando filius peccaret cõtrahendo matrimonium non obediendo patri, vt si nobilis ipse vilem ducere velit, irrogando iniuriã parentibus, vel nolit ducere eam, quam pater præcipit, vt graues inimicitiæ illo matrimonio exstinguantur, in quibus casibus filius peccat mortaliter non obediẽdo patri secundum S. Bonauent. relatum à Nauarr. qui idem tenet in manuali cap. 14. num. 15. non enim debet Episcopus cum peccato mort. filij concedere ei licẽtiam contrahendi, & tanto magis, quando per tale matrimoniũ possent inter cognationes oriri
3 scandala; nam tunc debet semper Episcopus impedire matrimonium, & præcipere nè contrahatur, vt notabiliter dicit Abb. in cap. cum in tua, de sponsi. per illum textum, Fel. in cap. nihil; de præscript. Quinta causa est quando virgo sub tutela iniqui tutoris constituta est, & dubitatur, nè eam tradat viro ignobili; quia ante Concil. Trid. clandestinè, & absq; peccato contrahere poterat Gaet. 3. tomo opuscul. q. 2. de vsu matr. Henriquez in cap. fin. de sponsi. Ioan. Secura in d. cap. 16. Sexta causa est quando vir feminam de-

Digitized by Google

florauit, & damnum amissæ virginitatis reparare intendit, contrahendo matrimonium, & periculum est in mora, si matrimonium denunciationibus differatur, Secura vbi suprà. Vltima causa adducitur, quando adest vicinitas tẽporis, quo nuptiæ sunt prohibitæ, quod intelligo procedere, nisi malitiosè appareat cõtrahentes voluisse differre matrimonium vsque ad tempus prohibitũ, vel propè ipsum, nè fiant denunciationes; nam tùnc non debent remitti, & in Ciuitate Mediolani propter hanc causam fuit prohibita remissio denunciationum, vt in Conc. Prouinc. quinto de his, quæ pertinent ad matrimonium: in dubio verò, quando id non constat, vltrà partium iuramẽtum, possunt examinari aliqui testes, qui deponãt nullum impedimentum adesse inter contrahere volentes; & in Curia Archiepiscopali seruatur, quòd ferè semper quando omittuntur denunciationes, ex aliqua causa examinantur duo testes, qui deponant cognouisse contrahere volentes, & nullum inter eos adesse impedimentum. Est tamèn notandum, quòd deferens impedimentũ matrimonij, debet recipi cum iuramẽto, & si impedimentum est falsum, debet grauiter puniri ab Ordinario Glos. & Doctores in d. cap. cum inhibitio, & etiã tenetur ad interesse, si matrimoniũ non sequatur, cùm graue damnum inferatur alteri: respondeo, vt aduertit Secura vbi suprà, num. 24.

ex

Digitized by Google

ex Franc. Marc. decis. 52. Est etiam notandum,
6 quòd vnus testis de visu impedit matrimonium, etiam si sit socius criminis, & detegat turpitudinem suam, etiam quòd eius nomen ob timorem, vel aliam causam parti non edatur, quòd fieri potest, etiam si pars non sit citata ad videndum iuramenta testium; cap. præterea el 2. de sponsa. vbi Doctores non tamèn impedit quando sponsalia essent iurata, vt in d. cap. præterea, dicit tamèn Hostien. ibi quòd etiam si sint iurata est in arbitrio iudicis an dictum vnius impediat matrimonium consideratis circumstantijs; fama autem de impedimento matrimonij sufficit ad impediendum siue sponsalia sint iurata, siue non, vt communiter tenent doctores in d. cap. præterea contrà Glosam ibi & de communi testatur Præpos. ibi. Notãdum etiam, quòd quando factis
7 tribus denunciationibus in vna Parochia antequam cõtrahatur matrimonium sponsi accedũt ad habitandum in alia Parochia, Curia Archiep. seruat, quòd vna tantum denunciatio fiat in alia
8 Parochia, & contrahatur matrimonium. Item seruat, quòd de nouo fiant denunciationes, quãdo transacti sunt duo menses à tempore aliarum denunciationum factarum, & denunciationes affigi debẽt in valuis Ecclesiæ Parochialis, & nõ sunt faciendæ, nisi de expresso consensu contrahere volentium, quia experientia compertum est

Digitized by Google

aliquos sponsos litigasse in Curia, & denegasse de eorum consensu fuisse factas denunciationes. Ite
9 seruat ipsa Curia, quòd exteri habitantes Neap. non admittuntur ad contrahendum matrimoniũ nisi factis denunciationibus in eius patria, quãdo est intra Regnum, secus si extrà Regnum; quia tunc examinantur aliqui testes, quod non adest impedimentum, nec habent coniugem, aut fecerunt professionem in aliqua religione, & datur licentia contrahendi. Qui testes, si sint exteri, non admittunt, nisi approbentur ab aliquo Neap. q, sint personæ fide dignæ: & prædicta fiũt propter frequens delictum bigamiæ, quod hisce temporibus persæpe committitur. Declarauit etiã sacra
10 Congregatio, quòd Episcopus non potest facere, vt denunciationes fiant diebus ferialibus, nõ enim potest Episcopus dispensare contrà canones, cap. cum inferior, cap. quòd super his de maior. & obedientia. Item Curia non dat licentiam contrahendi viduis, nisi constito de morte viri per certum nunciũm, iuxtà cap. in præsentia de sponsal. cuius personæ qualitas est consi- 8
11 deranda, iuxtà Abb. ibi, vel nisi constet per librũ defunctorum Paróchi. Probatur etiam mors viri per famam, quando longo tempore maritus abfuit, & est in remotis partibus, secus si in vicinis, Ant. in d. cap. in præsentia, quòd etiam remittit arbitrio Iudicis, Abbas. Item probatur per vi-

lentam præsumptionem, nempè, quia nauis, in qua maritus exstiterat, passa est naufragium, & omnes dicuntur mortui, Abb. ibidem, Textus, & Glos. in c. quoniam frequenter, §. sin autem, vt lite non contest. quæ Glosa ponit alia exempla, vt si adsit fama, & vir erat senex, vel fuit in acie belli, nec redijt, nam his casibus præsumitur mortuus.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente super matrimonio, quando possit interdici carnale commercium.*

2 *Lite pendente super matrimonio, sunt præstãda vxori alimenta, & quando; & an repetantur; & si sint præstanda cum cautione.*

3 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit de restitutione dotis.*

4 *Matrimonium quando separatur quoad forum, & habitationem ex culpa viri, debet restitui dos, & donatio propter nuptias.*

5 *Testes contrà matrimonium debent esse omni exceptione maiores, & an talis qualitas præsumatur?*

6 *Parentes quando sint idonei testes pro matrimonio filij.*

7 *Denunciator potest esse testis in causa matrimoniali, & quando.*

8 *Testes de auditu, deponentes super consanguinitate, debent habere plura requisita.*

9 *Iura-*

Digitized by Google

9 Iuramentum suppletorium an possit deferri in causa matrimoniali.

10 Confessioni coniugum quando fletur super impedimenta matrimonij.

11 Sententia in causa matrimoniali an transeat in rem iudicatam.

12 Causæ afferuntur, ex quibus matrimonium separatur quoad habitationem.

13 Furor, & ebrietas quando sufficiant ad separandum matrimonium.

14 Separato matrimonio propter fornicationem, si coniux innocens adulterium committat, an possit cogi redire ad coniugem?

15 Principales sunt examinãdi in causa matrimoniali.

16 Fiscus auditur in causa matrimoniali in Cur. Archiep. Neap. quando agitur de vinculo matrimonij.

17 Matrimonialis causa expeditur summariè.

18 Matrimonialis causa expeditur contrà absentem, & quando.

19 Qui tempore denunciationum non accusauerunt matrimonium, quando admittantur ad accusandum.

20 Infidelis conuersus ad fidem, si velit contrahere matrimonium, an teneatur requirere coniugem habitantem in partibus infidelium?

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVII.

PRopositam matrimonij materiam prosequendo, plurima indiès in iudicio Ecclesiast. occurrentia animaduertenda existimaui.

1 Primum, quòd lite pendente super matrimonio, non debet interdici carnale cõmercium, cap. laudabilem, vt lite pendente; dicit tamen ibi Ant. de Butrio, quòd, quando ex probationibus euidenter apparet matrimonium esse nullum, & nil remanet, nisi sententia ferenda potest interdici carnale commercium, propter euidentiam peccati, quod vitari debet, quem sequitur Imola; & licèt Barbatius in cons. 9. vol. 2. conetur impugnare hanc opinionem Dñi Antonij, & contrà eum asserat esse communem; nihilominus in Curia Archiepiscopali pluries vidi seruari opinionem Dñi Antonij, ad euitandũ enim peccatum, cessant omnes apices iuris, Archid. in cap. scriptum est, 6. q. 3. Quando verò pendente lite super matrimonio, contrahitur secundum matrimonium, debet mulier sequestrari, & poni in aliquo loco, ex cap. tenor, de sententia, & re iudic. Lancelot. late de attentatis, cap. 4. limit. 17. nisi matrimonium esset iam consummatum; & vir esset in quasi possessione mulieris, Bucus de-

cis.

Digitized by Google

cis. 356. de sponsal. Lancellott. vbi suprà.

2 Secundò notandum, quòd lite pendente super matrimonio, sunt præstanda alimenta vxori à viro, & litis expensæ, Afflict. decis. 10. Lancellot. dicto tractatu, c. 4. limit. 11. quæ poterit decernere esse præstanda Iudex Ecclesiasticus, Afflict. decis. 152. & debentur etiam appellatione pendente, Afflict. d. decis. 152. etiam si mulier non dederit dotem, Io. Baptista Ferret. cons. 34. lib. 1. nisi eam promiserit, & non soluerit Crescent. de Iudic. decis. 8. ex notatis per Alexand. in l. si cum dotem, §. sin autem, ff. solut. matrim. vel qũ mulier propria authoritate diuertit à viro, Lancellot. vbi supra, qui ità firmat fuisse decisum in Rota, aliàs debentur vxori, etiam si haberet vnde viuere posset, Afflict. d. decis. 10. Ferrett. d. cons. qui ampliat procedere, etiam quando pater mulieris esset diues, & maritus inops, Lancel. vbi suprà, qui ex authoritate Rotæ declarat, vt procedat, quando dos mulieris esset certa: prædicta verò alimenta non repetuntur, Afflict. d. decis. 152. Glos. communiter recepta in l. final. C. de carboniano edicto; & propterea non esse præstanda cum cautione de non restituendo dicit Ludouicus Molina de primo genit. lib. 2. cap. 16 num. 41. sed dicit sibi melius videri, quòd præstetur cautio de restituendo, quatenus de iure teneretur, prout tenet etiam Dominus de Franchis

decis.

Digitized by Google

decis. 336. dicens in Sacro Concilio fuisse solitũ præstari cautionem de excomputando, uel restituendo, quatenus fuerit prouisum per sacr. Concilium; & ita uidi seruari in Cur. nostra Archiep.

3 Tertiò notandum, quòd Iudex Ecclesiasticus, qui cognoscit de causa principali matrimonij, cognoscit de restitutione dotis, cap. de prudentia, de donat. inter virum, & vxorem; & ità seruatur in Curia Archiep. & potest cognoscere, etiam post separatum matrimonium, cap. significauit, ubi Abb. eod. tit. etiam si non fuit disputatum de matrimonio, iux. Innoc. & Abb. in d. cap. de prudentia; & nota, quòd, quando matrimonium separatur, quoad torum, & habitationem ex culpa uiri, debet restitui dos uxori, unà cum antefato, Abb. in c. fin. de adult. Dominus de Franchis decis. 244. Thesaur. decis. 130. & si uxor committit adulterium perdit dotem, cap. plerumq; de donat. inter uir. & uxor. nec uir tenetur eam alimentare, Abb. in d. cap. fin.

4 Quartò notandum, quòd testes contrà matrimonium debent esse omni exceptione maiores, cap. 1. de consang. & affinit. & talis qualitas est articulanda, & probanda; nam, licèt quilibet præsumatur idoneus; non tamen præsumitur
5 omni exceptione maior, Bart. in l. 1. §. si quis neget, ff. quemadmodum testamenta aperian. & hanc opinionem esse magis communem dicit Al-

Digitized by Google

ciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. num. 1. & Farinac. de testib. q. 62. num. 6. & sequ. si tamen talis probatio qualitatis fuerit omissa, potest recipi, etiam post publicatas attestationes, & etiam ex officio Iudex, potest se informare de ea, Alciat. vbi suprà; possunt tamen mulieres esse testes, etiam contrà matrimonium, cap. super eo il 6 2. de testib. & ibi Abb. Item parentes, dummodo paritas conditionis adsit, d. cap. super eo & alij consanguinei, cap. videtur, qui matr. accus. possi. Iudex autem arbitrabitur, quanta sit eis eis fides adhibenda, iuxtà qualitatem personæ parem, vel dissimilem conditionem, Couarr. de sponsal. 2. part. cap. 18. num. 8.

7 Quintò notandum, quòd denunciator in causa matrimoniali potest esse testis, Innocent. notabiliter in rubr. qui matr. accus. possunt, quod intelligitur, quando aliquis priuatus bona intentione, & conscientia motus Iudici impedimentũ denunciauit, vt Iudex ipse ex officio inquireret, tùnc enim iste poterit esse testis de veritate, vel, si sumus in publico officiali denũciante impedimentum, Abb. in d. rubr. Farinac. de testib. q. 60. nu. 72. & testes deponentes de auditu super con- 8 sang. debent habere duodecim requisita, quæ habentur in cap. licèt ex quadam, de testib. referuntur etiam à Prosper. Farinac. vbi supra, q. 69. nu. 109. & dummodo deponant in antiquis excedẽ-

tibus

Digitized by Google

tibus memoriam hominum, aliàs non probant Socin. conſ. 47 lib. 4. Fannac. vbi ſupr. qui alios cumulat.

9 Sextò notandum, quòd in cauſa matrimoniali, quamuis ſit ardua, poteſt deferri iuramentum ſuppletorium, conſideratis tamen circumſtantijs, Hoſtien. in cap. mulieri, de iureiurand. qui ponit exemplum in muliere honeſta, potente, & diuite, quæ petit aliquem in virum ſibi inferiorē, vel equalem, qui ſæpius de ſtupro illam ſollicitauerat, & probat per vnum teſtem omni exceptione maiorem, quòd iſte eam deſpōſauit, Abb. ibidem, qui latiùs diſtinguit, & loquitur etiam contrà matrimonium. 11

10 Septimò notandum, quòd confeſſioni coniugum ſuper impedimento ad diſſoluendum matrimonium contractum regulariter non ſtatur, tex. eſt in cap. ſuper eo, de eo, qui cognouit conſang. vxor. ſuæ, vbi ambo cupiunt matrimonium diſſolui, niſi cum eorum confeſſione concurrat fama, Abb. in d. cap. ſuper eo, qui teſtatur de cōmuni; ſi tamen alter coniugum, qui cupit matrimonium valere, fatetur impedimentum, tùnc ei creditur, ſecundum Abb. ibidem; ſed id eſſe verum, cū fama concurrit, ſentit Aretinus conſi. 82. Barbat. conſ. 26. lib. 4. & Iudicis arbitrio relinqui, qui animaduertet, an aliqua ſubſit coniectura, & ſuſpitio fraudis, & colluſionis, dicit Mo- 12

Digitized by Google

noch. de arbitrar. casu 103. vbi verò agitur de separatione tori, creditur confessioni vnius tantùm, contrà se ipsum, Abb. vbi suprà, creditur etiam confessioni ipsorum, asserentium contraxisse sponsalia, & etiam ad dissoluendum illa, nisi vnus tantum confiteretur impedimentum, tunc ei non creditur, præterquàm si ipse vellet sponsalia valere, Abb. vbi suprà. creditur quoque ipsis coniugibus, si ambo fateantur matrimoniũ contraxisse; nisi talis confessio esset contrà aliud matrimonium, Abb. ibidem, latè Menoch. vbi sup.

11 Octauò notandum, quòd sententia in causa matrimoniali numquam trãsit in rem iudicatam, cap. lator, cap. consanguinei, de re iudic. c. fraternitatis, de frigidis, & maleficiat. ad finem, vt docto de errore, non possit reuocari, adeundo eundem Iudicem per viam querelæ; non tamen remedio appellationis; quia, si non fuit appellatum intra legitimum tempus, vel fuit bis appellatum, non potest amplius prætextu appellationis corrigi, aut emendari; sed solùm per viam querelæ, Glos. not. in d. cap. fraternitatis, vbi Abb. Fel. in d. cap. lator. Couar. in 4. decret. 2. par. cap. 8.

13 Nonò notandum, quòd plures sunt causæ, ex quibus matrimonium separatur quoad torum, & habitationem. Prima est, sæuitia uiri, si malè tractet uxorem, cap. literas, ubi Abb. de restit.

spo-

Digitized by Google

spoliat. & non sufficit sæuitia præterita; sed timor futuræ; grauis verò cõiectura est futuræ sæuitiæ, si inter eos sit orta lis, super maiori parte bonorum, Couar. d. 2. par. cap. 7. §. 5. Separatur etiam, quando maritus fuit insidiatus vitæ vxoris, vt si tentauit eam veneno occidere, Abb. in d. cap. literas, Præpos. in cap. quæsiuit, de diuort. Thesaur. decis. 130. & his casibus cogendus est maritus, extrà propriam domum in loco honesto, vxorem alere, Bal. in l. 1. C. commun. de legat. Couar. vbi supra. Si tamen maritus offert sufficientem cautionem, non fit separatio, d. cap. literas; nisi per cautionem non posset esse consultum vxori, vt per Glos. ibi & cap. transmissa,
14 eod. tit. Secunda causa est, furor. iuxtà communem, de qua testatur Alex. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. solut. matrim. quod intelligi debet, quando est adeò vehemens, vt periculum sit habitare cum coniuge furioso, Couarr. vbi suprà, Thesaur. d. decis. 130. Idem fuit iudicatum in Curia Archiep. quando maritus solet inebriari, & ebrietas tendit in periculũ vxoris. Tertia causa est, si alter ex coniugibus efficiatur hæreticus, cap. 2. de diuort. nec cogitur cohabitare coniux, si ad Ecclesiæ gremium redeat, Abb. in cap. de illa, de diuort. quando tamen fuit facta separatio iudicio Ecclesiæ, Alphons. de Castro de iusta hæret. punit. lib. 2. cap. 7. Couar. vbi supra. Quarta

causa

est, vitium sodomiæ, iuxtà veriorem opinionem Abbatis in cap. mulieris, de adulter. qui testatur de magis communi, Couarr. ubi suprà. Quinta causa est, adulterium alterius coniugis, cap. significasti, cap. ex literis, cap. gaudemus, de diuort. Est tamen necessarium iudicium Ecclesiæ, ad faciendam hanc separationem, ex c. plerumque, de donat. inter vir. & uxor. cap. porrò, de diuor. In quibus iuribus probatur, maritum propria authoritate vxorem adulteram dimittere non posse; si tamen adulterium vxoris esset notorium, posset vir propria authoritate expellere vxorem, & vxori non competit interdictum recuperandæ, cap. significasti, de diuort. Couar. vbi suprà.

14 Si tamen post factam separationem propter adulterium, coniux innocens fornicetur, communis opinio est, vt matrimonium reintegretur, saltèm ex officio Iudicis, vt dicit Abb. in cap. ex literis, per illum textum, de diuort. Felin. verò in cap. lator, de sententia, & reiudicat. dicit communẽ opinionem esse, q. etiam iure actionis possit peti reintegratio, Ledesma de sacramẽto matr. super q. 62. D. Thom. ex mente D. Thom. in solut. ad 4. dicit de iuris rigore non posse coniugem post factam separationem à Iudice cogi de nouo redire, nã quod semèl diffinitum est, nulla debet iteratione retractari, cap. quod bene 6. q. 4. Sed Iudex officio id faciet, quando adest periculum incon-

incontinentiæ, & scandalum aliorum, & respondet ad d. cap. ex literis, quòd in d. rex. fuerunt plura delicta, nempè, divortium, machinatio ad separandum prius matrimonium, temerarius transitus ad secundum; quarè in pœnam coactus est redire ad primum, propterea Curia Archiepisc. facit separationem arbitrio ipsius Curiæ.

5. Decimò notandum, quod in Curia Archiep. semper in causa matrimoniali examinantur principales cum iuramento, & diligenter ad eruendam veritatem, colligitur ex cap. tertio loco, de præsumpt. & quando petitur declarari matrimonium nullum, non statim conceditur terminus ad probandum; sed prius attenduntur articuli, ad videndum, si subsistunt, quæ probaria attenduntur, nè fiat inter coniuges sis immor-
16 talis: & quando agitur de separatione quoad vinculum, auditur fiscus, qui stat pro matrimonio, non autem quando agitur de separatione quoad torum.

17. Vndecimò notandum, quod in causa matrimoniali proceditur lite non contestata, & summariè, Clementina dispendiosam, de Iudic. & ceditur contrà absentem ratione periculi animæ, quando agitur de separatione quoad vinculum, cap. quoniam frequenter, §. porrò, ut lite non contestat. sed non, si agatur de separatione quo-
18 ad torum, cap. 1. eod. tit. Nec fit conclusio in

causa;

Digitized by Google

causâ; & possunt post publicatas attestationes examinari testes, super eisdem articulis, c. attestationes, vbi Præpos. de desponsat. impuberum.

19 Duodecimò notandum, quòd de iure, qui tempore proclamationum non denunciauit impedimenta matrimonij, non admittitur amplius ad accusandum; nisi denunciationes probabiliter ignorauit, vel iuramento firmauit, quod posteà didicerit ea, quæ obijcit, cap. cùm in tua, qui matrimon. accus. possunt: & quia Neapoli non solent frequenter homines in diebus festiuis accedere ad audiendum diuina in Parochijs, & propter amplitudinem Ciuitatis, & multitudinẽ Parochiarum, posset esse ignorantia, non sunt passim repellendi denunciatores.

20 Decimotertiò notandũ, q̃ pluriès fuit in Cur. Archiep. Neap. seruatum, quòd, si infidelis conueratur ad fidem, vt possit matrimonium contrahere, non tenetur requirere coniugem infidelem, habitantem in partibus infidelium, an velit secum cohabitare, iuxtà c. gaudemus de diuort. Siquidem non est requirendus, vbi ex coniecturis apparet nolle cohabitare, & non est verisimile, quòd coniux infidelis cum periculo vitæ, & libertatis velit adire partes Christianorum, & cũ coniuge infideli cohabitare Abb. in d. cap. gaudemus, Ledesma d. tract. q. 5. q. 12. 4. argum. incipien. Turcham Aethiopum, & plenius in d. respons.

Digitized by Google

spoli. ad d. 4. arg. Est etiam menti tenendum, q. si Ciuis Neapol. petat declarari matrimonium nullum, potest id petere in Curia Archiep. quamuis coniux sit alterius fori, cum nil petat ab alio, sed à Iudice, Abb. in cap. ex parte, num. 3. de restit. spoliat. & adest ritus Curiæ Archiep. Neap. 15. super quo multa adducit Dñs Hieronymus Campanilis.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio excommunicationis, contentæ in iure, vel in præcepto hominis, suspenditur per appellationem.*

2 *Excommunicatio, & aliæ censuræ, quando suspendantur per appellationem.*

3 *Absolutio ab excommunicatione non suspenditur per appellationem.*

4 *Absolutio ab excommunicatione facta, appellatione pendente, an sit nulla.*

5 *Excommunicatio non potest suspendi ad tempus.*

6 *Declaratio excommunicationis incursæ, an possit suspendi, absque appellatione.*

7 *Interdictum, quando suspendi possit.*

CAPVT XXVIII.

VIT dubitatum in Curia Archiepi. si aliquis fuit declaratus ab Episcopo excommunicatus, ob contrauentionem præcepti, ei facti, sub pœna ex-

Digitized by Google

excommunicationis latæ ſententiæ; & poſt declarationem appellet, an ſuſpendatur executio dictæ ſententiæ declaratoriæ, ita ut non poſſint affigi cedulæ; vel affixi ſint remouendi. Fuit reſolutum, per appellationem ſuſpendi executionem ſententiæ declaratoriæ, excommunicationis incurſæ, contentam non ſolùm in iure, ſed etiã in præcepto hominis; ità dicunt Dominicus, Anchar. Franch. in cap. is cui, de ſententia excommunicationis in 6. Idem Franch. in cap. Paſtoralis, §. verùm, nume. 27. de appellat. & cùm iſta materia ſuſpenſionis ſententiæ excommunicationis ſit frequens, eam ſub breuitate tranſcurrere decreui. Sit itaque regula, excommunicationem, Interdictum, & ſuſpenſionem non ſuſpendi per appellationem, d. §. verùm, & cap. is cui, & cap. ad hæc quoniam eodem tit. de appellat. Declaratur primo in ſententia declaratoria, vt ſuprà dixi, & omnes concludunt, in prædictis locis; vbi ponunt rationem diuerſitatis, quare ſuſpenditur declaratoria, & non ſententia excommunicationis, ſed ſi factum eſſet notorium, nec declaratoria ſuſpenditur, cum tunc non liceat appellare, cap. peruenit de appellatio. Imola, Ant. Abb. Franch. Præpoſitus, in d. §. verùm. Declaratur ſecundò excommunicatum, poſt appellationem, non poſſit denunciari, quando per denunciationem in plus ligaretur, exemplum in cap.

Digitized by Google

tua, de sententia excommunicationis; nam ratio, cur denunciatio non impediatur, pẽdente appellatione, est; quia amplius non ligat, sed declarat; & declaratio nihil noui inducit, l. hæredes palã, ff. de testamentis, ita Ant. Imola, Franchus, Præpositus in d. §. verum, Nauar. in cap. cum contingat, de rescriptis, remedio 6. num. 7. ex quo infert, quod post extrauagantem, ad euitanda, quæ dicit, neminem vitandum, nisi denunciatũ, non potest denunciari quis excõmunicatus post appellationem; quia in plus ligatur, dùm ab alijs vitatur. Sed salua authoritate tanti viri, eius dictum non potest procedere; quia extrauagans non intendit in aliquo releuare excommunicatũ, si non denunciatur; ergò non in plus ligatur, & d. Ant. author dictæ limitationis, & alij sequaces habuerunt respectum ad excommunicatum, nè in plus ligaretur, non ad alios. Declaratur 3. secundum Bal. & Præpos. in d. §. verùm, & ista declaratio venit illatiuè ex præcedenti; quòd excommunicatus ob vnam causam, non possit ob illam causam amplius excommunicari; quia in plus ligaretur declaratur 4. quando aliquis fuit excommunicatus ignoranter; nam appellatio à tali excommunicatione à die notitiæ impedit denunciationem, & suspendit, ita Io. Andr. Hostiensis, Imola, Franchus, Præpositus, in d. §. verum, Dominicus, Anchar. Franchus in d. cap. is

Digitized by Google

cui. Declaratur 5. in delegato Papæ, qui, si detulit appellationi, non poterit denunciare, cap. cum appellationibus, de appell. in 6. Si non detulit, & tũc, aut appellatio est recepta à superiore, & non poterit denunciare; quia censetur ab eo reuocata iurisdictio, cap. pastoralis, §. præterea, de officio Delegati, aliàs, ante appellationem receptã à superiore, poterit denunciare, & etiam mandare Ordinario, quòd denunciet, argum. cap. significauit, de officio deleg. ità Innocent. Anton. Imol, Franch. Præpositus in d. §. verùm, & ità intelligo procedere decisiones Rotæ Achillis de Grassis 4. de sententia excommunicationis. Declaratur 6. quando quis excommunicatur post appellationem legitimam; quia excommunicatio est nulla, cap. licèt, de sententia excommunicationis in 6. nisi excommunicetur ab eo, cui fuit commissa causa, appellatione remota, quia non est nulla, Abb. Franch. in cap. pastoralis in princ. Declaratur 7. quando quis excommunicatur, sub conditione, vel in diẽ; quia appellatio interposita ante diem, vel conditionẽ, et post decem dies, suspendit excommunicationem, cap. præterea, el 2. vbi omnes de appell. Dominicus, Ant. Franch. in d. cap. is cui; & nota quòd post Conc. Trident. potest appellari ab excommunicatione, licèt sit interlocutoria; quia continet grauamen irreparabile, ex quo infamat, cap. in-

fames

fames 6. q. 1. & producit multos alios effectus præiudiciales, de quibus per Syl. & alios Summistas, in ver. excommunicatio, per Couarr. in cap. alma mater de sententia excommunicationis, Natar. in manu. cap. 27. num. 17. Declaratur 7. vt non possit denũciari excommunicatus, si Iudex ad quem, præcipiat, illum non denunciari, vel denunciari non excommunicatum, tũc non denunciabitur, nec audienda est pars; quia eius non interest, quod denuncietur excommunicatus, cùm certum sit, quòd non est cogendus ad satisfactionem, appellatione pendente. Si tamen interuenit manifesta offensa, audietur, cum in tali casu appellatio non teneat, cap. consuluit, cap. peruenit, de appell. ita Host. Imol. Ant. in d. cap. pastoralis. Declaratur octauò in suspẽsione, & interdicto, latis in pœnam, per sententiam; quia suspenduntur per appellationem; secus, quando in contumaciam, iuxtà veriorem opinionem, Abb. in cap. sæpe, de appellat. quem sequitur Præpositus, in d. §. verum, num. 16. Fel. in dicto cap. ad hæc, de appell. num. 18. Sed an, sicut non suspenditur excommunicatio per appellationẽ, ita nõ suspendatur absolutio ab excommunicatione? & veritas est, quòd neque, suspenditur absolutio, vt sit par ius ligandi, & soluendi, ità Anto. Imola, Franch. in d. §. verùm, Inno. in cap. ab excommunicato, de rescriptis.

3

Digitized by Google

Sed an absolutio ab excommunicatione facta, sit
5 nulla sicut excõmunicatio? & non esse nullam,
dicit Franch. in cap. fronte, de de appell. Præ-
tereà notandum; quòd excommunicationis sen-
tentia per Iudicem, qui eam tulit non potest sus-
pendi ad tempus, Io. Andr. Ant. Abb. Imo. Præ-
positus, & communis, cap. ad hæc quoniam, de
appellationib. sed requiritur formalis absolutio,
cap. nuper, cap. cum desideres, de sententia ex-
communicationis; solùm enim excõmunicatus,
subsistente legitima causa, potest absolui ad tem
pus; & post tempus reincidit in eandem excom-
municationem, vt in cap. veniens il 2. de testibus,
6 Franchus in d. cap. ad hæc. Sed fuit dubitatum,
in Curia Archiepiscopali, an sententia declara-
toria excommunicationis incursæ, poterit suspẽ-
di ad tempus? & fuit dictum, quòd sic, & bis ob-
seruatum, ex Imo. & Franch. in cap. dilectis fi-
7 lijs, de appellationibus; qui id dicũt. Interdictum
verò, si est locale, potest ab eodem Episcopo, qui
illud tulit suspendi, ad tempus; & interim, si du-
rante suspensione, appelletur, erit suspensum,
quoad vsque durauerit appellatio. Interdictum,
autem personale suspendi non potest, nisi perso-
na esset interdicta propter alterius delictum, ità
Ioan. Andr. Imol. Abb. Franch. & alij in d. cap.
ad hæc quoniam, qui assignant rationem.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Cedulæ an possint affigi contrà excommunicatos, si comparent, & petunt absolui.

2 Excommunicari an possit ille, cui excommunicatio non est profutura.

3 Absolutio ab excommunicatione statim est facienda, & quando possit differri.

4 Percussor clerici quomodo debeat satisfacere clerico, antequam absoluatur, & an in pecunia pro iniuria.

5 Aestimatio iniuriæ illatæ clerico percusso à laico, an debeat fieri coràm Iudice seculari, vel Ecclesiastico.

6 Laicus si petat veniam, & offerat satisfacere clerico percusso, qui non vult ei reconciliari, an possit absolui.

7 Percutiens clericum, coràm Sanctissimo Sacramento, est absoluendus à Papa, & ibi alia exempla narrantur.

8 Officialis laicus percutiens clericum, etiam leuiter, est absoluendus à Papa, etiam si sit apparitor.

9 Clerici si ad inuicem se percutiunt, an omnes sint declarandi excommunicati, si vnus prius incepit.

10 Cedulæ affixi contrà declaratos excommunicatos, absoluendos à Papa, quando remouendi.

11 Participantes cum excommunicatis, quando possint excommunicari excommunicatione maiori, sine monitione nominatim facta.

12 Citatio personalis requiritur, ad aliquem excommunicandum; quod limitatur pluribus modis.

13 Sen-

Digitized by Google

13 Sententia censurarum an transeat in rem iudicatam.

14 Appellari post decem dies à sententia censurarum, an possit.

15 Excommunicationem an incurrat ignorans statuti, in facto damnato.

16 Declaratio excommunicationis est facienda parte citata, quod limitatur in aliquibus casibus.

17 Excommunicatio, vel declaratio excommunicationis possunt fieri die feriata, in honorem Dei.

18 Probationes imperfectæ coniunguntur, ab probandis censuras.

19 Citatus ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicatus, si non comparet, declaratur excommunicatus in Curia Neap. propter causam principalem, ob quam fuit citatus.

20 Sententia diffinitiua fertur contrà contumacem, lite non contestata, vbi agitur de periculo animarum.

21 Excommunicatus est, qui tulerit aliquid de manu clerici per vim, vel tenet eum per frenum equi, & alia exempla practicabilia.

22 Excommunicatus carcerarius in Cur. Archiepisc. non expeditur nisi prius absoluatur.

23 Absolutionem ab excommunicatione petens, an fateatur se esse excommunicatum?

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

PRoſequentes præmiſſam materiam excommunicationis, de qua, licèt plures adſint tractatus; nos tamen quæ magis opportuna, ad praxim conducibilia, in dies occurrentia, & in Iudicio Eccleſiaſtico verſantibus neceſſaria ſunt, in præſenti, & præcedenti cap. elucidare non omiſimus. In Ciuitate Neapol. ſolent aliqui
1 laici, præſertim magiſtri Eccleſiarum, dum eis aliquid præcipitur à Curia Archiep. ſpectans ad eius iuriſdictionem, tentare omnes vias inobediendi Eccleſiæ: & quia magis timent affixionẽ cedulonum, quàm ipſam excommunicationem, propter infamiam; (nam excommunicati ſolent vocari hæretici, & tales largo modo dicuntur, Archid. & Gemin. in c. 1. de hæret. in 6.) antequam affigantur cedulones, comparent in Curia petentes abſolui. Fuit dubitatum, an adhuc cedulones contrà eos affigi poſſent? Videbatur, quòd non; nam cedulones affiguntur, vt excommunicatus videns ſe ab alijs vitari, aſpiciens confuſionem ſuam, erubeſcat, & conuertatur, cap. 1. de except. in 6. clem. 1. de pœnis, & ibi notat Anchar. nu. 15. qui finis in excõmunicato conuerſo, petente abſolutionem ceſſat. Prætereà excom-

Digitized by Google

municatus est statim absoluendus, propter mala, quæ affert excommunicatio, Glos: communiter recepta in cap. qua fronte, de appellat. & sic frustrà affiguntur, si statim absolutio sequi debet. Contrarium fuit pluries seruatum in Curia Archiepiscopali, non passim; sed contrà aliquos temerarios, contrà quos fuerunt affixi, donec satisfeciſſent, & essent absoluti, vt ipsi magis confunderentur, abstinerẽt in futurum, & alij terrerẽtur. Pro qua obseruantia facit textus in d. clement. 1. §. & quia, in qua mandatur publicari excommunicatos, donec satisfecerint, & ibi addit Cardinalis Zabarell. & absoluantur, idem tenet Abbas in cap. ea noscitur, per illum tex. not. 2. de sententia excommunicationis dicens ad officium Prælatorum spectare denunciare excommunicatos, etiam nemine requirente, & eos vitari facere, donec satisfecerint, & fuerint absoluti. Itèm cedulones non solum affiguntur, vt excommunicatus conuertatur; sed vt alij ipsum euitẽt, donec fuerit absolutus cap. curæ, 11. q. 3. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 21. §. 2. Itèm excommunicatio dicitur medicinalis, non solùm propter ex-
2 communicatum, vt conuertatur. Sed vt alij de communitate terreantur, vt latè probat Couar. in initio relection. cap. alma mater, de sententia excommunicationis lib. 6. & propterea dicunt Doctores, quòd Episcopus potest excommuni-

care

Digitized by Google

care illum, cui excommunicationem non profuturam scit, vt alios terreat; nisi excommunicatus efficeretur deterior, Abb. in cap. ab excommunicato de rescriptis, Felyn. in cap. ad Apostolicæ, de except. & in specie expedire Reipublicæ publicare excommunicatos, dicit Petrus de Anchar. vbi suprà, & expedit Reipublicæ aliorum delicta nota esse, l. eum, qui nocentem, ff. de iniurijs. Nec ex publicatione sit aliquod præiudicium excommunicato, cùm declaratio nihil noui inducat, cap. pastoralis, §. verùm de appellat. l. hæredes palàm, ff. de testam. & propterea, etiam appellatione pendente fit denunciatio, d. §. verùm; & talis affixio prodest Reipublicæ; ergò fieri debet, ex regula, ꝙ tibi nõ nocet, & alteri prodest fieri potest, & debet, l. 1. §. denique, ff. de aqua pluuia arcend. Gloss. in l. 2. ff. soluto matr. tantomagis, quod res per sententiam erat effecta notoria, c. cùm olim, de verborum significat. Ant. in cap. vestra, de cohabit. clericorum, & mulier. Præterea, si vt magis confundatur, potest quis absolui in multitudine gentiũ, & ex tali causa differri absolutio. Glos. in cap. si quis autem, 18. dist. Idem erit affigere cedulones, ad maiorem eius confusionem: & ex his patet responsio ad contraria. Non obstat, quòd excommunicatus est statim absolutus; nam sequ-
3 ta absolutione, tollentur cedulones. Sunt etiã

Digitized by Google

aliqui casus, in quibus absolutio potest differri, etiam si præcedat satisfactio, putà, quando aliquis est absoluendus, in multitudine gentium, vt magis confundatur, si commiserit graue delictũ, sicuti sacrilegium, vt diutius confundatur, aut, si multum deliquit; aliàs non debet differri absolutio, d.cap.qua fronte, ità Gloss.not.in cap. si quis autem, dist. 18.

4 Secundò notandum, quòd percussor clerici, antequam absoluatur, debet satisfacere clerico, cap.Parrochianos, cap.ea noscitur, cap.quamuis, de sententia excommunic. Sed dubium est, qualis debeat esse ista satisfactio. Sunt opinion. in d. cap.ea noscitnr; aliqui enim dicunt, quòd satisfactio versatur circa damna, expensas, & interesse; sed quod clericus non debet petere æstimationem iniuriæ: alij dicunt, quòd non sufficit flectere genua iniuriato, & petere veniam; sed vltrà damna, æstimabitur iniuria, & satisfiet clerico in pecunia, & hanc opinionem tenent Host.Ant.& probatur in c.olim, de iniur. & damn.& in d.c.ea noscitur, & cap. quamuis, & dicit veriorem esse Abb. in d.cap.ea noscitur. Card.Imola, in clem. prima, de pœnis, & iniuriatus dicit, quòd vellet potius tantum de suo perdidisse, quàm hanc iniuriam pati; & Iudex postea taxabit, secundum qualitatem, & quantitatem iniuriæ, & personæ iniuriatæ, cap. quod fieri, 3.q. 3. Speculat. de iniur.

Digitized by Google

5 iur. §. 1. Card. vbi suprà. Aliud est dubium, coràm quo Iudice fiet ista æstimatio iniuriæ; si coràm seculari, vel Episcopo? Respondetur, quòd, aut agitur ad pœnam, ratione sacrilegij; & potest agi, coràm Ecclesiastico; aut ad satisfactionem iniuriarum, & interesse; & tunc, aut per modum actionis, & coràm Iudice seculari; quia actor sequitur forum rei, cap. cùm sit, de foro compet. aut per modum exceptionis, putà, quia laicus petit se absolui, & clericus opponit de satisfactione; & tunc coràm Iudice Ecclesiastico, qui non absoluet, nisi satisfecerit, d.c. Parochianos, ità Car. Imol. in d. clem. 1. Colligitur ex Glos. in d. c. parochianos; & licèt actio iniuriarum duret anno; tamen, per viam exceptionis est perpetua: & quandocumq; laicus petit absolui, clericus po-
6 test excipere, Ant. in d. cap. ea noscitur. Sed quid, si laicus petat veniam, & offerat satisfactionem, & clericus nolit ei reconciliari, an possit absolui? Videtur, quòd satisfactio ità sit intelligenda, vt sequatur pax, cap. contingit, el primo, de sententia excommunicationis. Contrarium fuit seruatum in Curia Archiep. Neap. cùm per laicum non steterit; imò clericus peccat, non ostendendo signa dilectionis particularis, & non gratè recipiendo petentem sibi veniam. D. Thom. 22. quæst. 53. art. 8. & etiam casu compelli ad ostendendum pacem, signis particularibus, aliàs

ex-

Digitized by Google

excommunicari, vel alio modo constrigi, latè probat Ludouic. Carbon. de pacificat. inimicorum q. 26. habetur in cap. studendum, cap. dissidentes, cap. præcipimus dist. 90. cap. 1. de treg. & pace, vbi Fel.

7 Tertiò notandum, ℣, remittitur arbitrio Iudicis, quæ dicatur grauis, vel leuis percussio clerici, qui ex circumstantijs, personę loci, & scandali id arbitrari poterit, cap. peruenit, de sententia excom. vbi omnes, qui faciunt mentionem de quadam extrauag. Ioannis 22. incipiente, Perlectis, quam refert Nauarr. cap. 22. num. 91. adducens plura exempla, quæ ibi vide. In Curia verò Archiep. fuit iudicata grauis percussio, facta cum baculo quinque, vel sex vicibus, licèt non adfuerit sigillatio carnis, vel vulnus. Item fuit iudicata grauis percussio confessarij cuiusdam mulieris angonizantis appositis manibus ad eius collum à quodã laico, ità ut si ab alio non fuisset impeditus ipsum suffocasset, ratione personæ dicti confessarij, qui, vltrà integritatem vitæ, erat superior in suo Monasterio insignì, ratione scandali, ℣ fuit magnũ in Ciuitate, nã dictus confessarius accesserat ad domum dictæ mulieris pro comendatione animæ, & percussor, qui erat consanguineus mulieris, prætendebat, quòd mulier consilio cõfessarij feciſſet quodam legatum pium. Fuerunt etiam considerata verba finalia d. extrauagantis,

ibi

Digitized by Google

ibi (Admonentes, vt potius declares in dubio, percussionem esse grauem, & ab ea non posse absoluere, quàm declarando leuem, occasionem præbeas lædendi statum Ecclesiasticum;) & talis læsio considerabatur in illo casu; & sic absolutio fuit reseruata Papæ. Item, fuit iudicata grauis percussio duorum clericorum, qui ad inuicem pugnis se percusserunt, sine sanguinis effusione, vel fugillatione carnis, coràm Sanctissimo Sacramẽto quod Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Gesualdus Archiepiscopus deferebat per Ciuitatem, in publica processione repositionis Sanctissimi Sacramenti, in Ecclesia Cathedrali Neapol. in qua fuerat habita oratio quadraginta horarum; & fuerunt grauiter puniti.

8 Quartò notandum, quòd officialis laicus percutiens clericum, etiam leuitèr, non potest absolui, nisi à Papa; si verò turbam arcendo irruentem, clericum, non ex deliberatione; sed casu fortuito lædat, vel vim ui repellendo; tùnc non est excommunicatus, textus est in cap. si verò, el primo, de sententia excommunicationis; qui textus procedit, etiam in apparitore, ut pro leui percussione sit absoluẽdus à Papa, ut dicit ibi Glos. in uerbo officialis; & ita fuit seruatum in Curia Archiep. Neap. Non enim tantã habent authoritatem laici, in clericos; sed illis debent, & summum honorem, & summam reuerentiam exhibe-

re,

Digitized by Google

re, maximè ſacerdotibus, à quibus credunt non ſolùm in terra; verùm etiam in Cęlo ligari poſſe, & ſolui, cap. quis dubitet, 97. diſt. Quapropter perennibus laudibus eſt extollendus Illuſtriſſimus, & Excellentiſs. D. Franciſcus de Caſtro huius Regni Prorex, qui ſui Genitoris veſtigia ſequens, nunquam permiſit ſecum alloqui ſacerdotes, niſi tecto capite. Plura exempla ſummæ reuerẽtiæ exhibitæ ab Imperatoribus, & Regibus, Epiſcopis, & Præsbyteris, refert Bozius de ſignis Eccleſiæ, ſigno 86. concludens aduerſus hæreticos ex d. magna reuerentia, nos eſſe verè ex Eccleſia Dei, reliquos autem hæreticos; nã hæretici negant huiuſmodi honores eſſe præſtandos Epiſcopis, & presbyteris. Plura etiam exempla contrà hæreticos adducit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Cardinalis Bellarminus, hac noſtra tempeſtate in Eccleſia Dei verè hæreticorum malleus, de Romano Pontifice, lib. 1. cap. 7. iſta namq; nos ab hæreticis diſtinguunt. Quamobrem deplorandi ſunt Principes ſeculi, (ſi qui ſunt) qui minimè permittũt ſecũ ſacerdotes alloqui, niſi capite detecto, & ſtantes, ipſis ſedentibus, & in menſa ſibi ſeruire, & hac de cauſa Curia Archiep. Neap. non permittit, quòd ſacerdotes ſint ſecretarij Principum ſecularium, nè ab
9 eis in reuerentèr tractentur.

Quintò notandum, quòd, ſi duo clerici ad vicem

Digitized by Google

cem se percutiunt; sed vnus prius incepit,& prouocauit, non sunt omnes declarandi excommunicati, sed solùm qui prouocauit, nisi alter excesserit modum in defendendo; ratio est, quia prouocatus præsumitur percutere causa defensionis, Felyn. latè in cap. significasti,de homicid. Marsilius consil. 137. num. 8. Clarus, §. final. q. 60. nu. 14. & in specie id tenet Card. cõs. 42. Quãdo verò quis est absoluendus à Papa, si post declarationem factam, in Curia Archiepisc. Neap. petat humiliter remoueri cedulones, solet ei dari terminus vnius, vel duorum mensium, ad procurandũ absolutionem; & interim remouentur cedulones,dummodo domi se contineat, & præstita cautione; quo termino elapso, si non præsentet absolutionem,de nouo affiguntur.

11 Sextò notandum, quòd participantes cum excommunicatis ab eodem Episcopo, non possunt excommunicari, excommunicatione maiori,sine trina monitione, nominatim facta; secus, si aliquis fuit declaratus excommunicatus à iure, vel ab alio Episcopo; quia, tunc participantes poterunt excommunicari,sine tali monitione speciali; & ità procedunt cap. statuimus,il 1. & il 2. cap. constitutionem,de sententia excommunicationis,in 6. vt dicũt Io. Andr. Dominicus,Franch. in d. cap. statuimus, il 1. Abb. in cap. peruenit, nume. 4. de appellat. qui ponit exemplum in de-

Digitized by Google

clarato excommunicato à iure, Franch. ibidem num. 8. & 9.

12 Septimò notandum, quòd ad excommunicãdum requiritur citatio personalis, Innoc. communiter receptus in cap. final. de eo, qui mittitur in possessionem, Felyn. in cap. cùm sit Romana, de appellat. Couarr. in cap. alma mater prima par. §. nono, nisi excommunicandus dolo latitet; vel subterfugiat citationem personalem, vel alio modo absentia sit malitiosa, quæ præsumitur in clerico non residente, iuxtà supradictos; vel, quando quis fuit semel citatus de persona, Fel. & Couar. vbi supra; quia tunc sufficit citatio ad domum, vel per edictum; vel, quando monitio ad domum facta peruenit ad ipsius excommunicandi notitiam; quia citatio illegitima cum notitia subsecuta, ità ligat. sicut citatio ab initio legitima, clem. causam, de elect. Felyn. & Couar. vbi suprà, Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 9. Glos. 2. nu. 4. vel quando quis fuit malè absolutus ab excõmunicatione, & tractetur de reducendo eum in excommunicationem, tunc satis est, quod domi citetur, & moneatur, Rota in nouis 399. Felyn. & Couar. vbi suprà? vel, secundum ritum Curię Archied. Neap. 17. citatus bis domi, potest excommunicari super quo idem quoque de iure posse procedere, firmat Dominus Hieronymus Campanilis.

Octa-

Digitized by Google

13 Octauò notandum, quòd ſententiæ cenſurarum numquam tranſeunt in rem iudicatam, ad finem, vt non poſſint retractari per pœnitentiam, & abſolutionem, etiam poſt mille annos; & ſi excommunicatus efficeretur deterior, Iudex ex officio inuitum abſoluet Io. Andr. in cap. 1. de ſententia excommun. in 6. tamen quoad effectũ, quòd appellatio interpoſita poſt decem dies, nõ ſit admittenda, tranſeunt in rem iudicatam, ità ꝙ appellatio non operatur effectum deuolutiuum. Gloſ. Io. Andr. Ant. Abb. Fel. & alij in cap. ad reprimendam, de officio Ordinar. Franch. in c. præterea il 2, de appellat. Felyn. in cap. lator, de ſententia, & re iudic. Declaratur primo, vt poſſit, poſt decem dies audiri excommunicatus, per viam quærelæ coram Superiore; non tamen Archiep. qui non poteſt adiri, per viam quærelæ, Abb. in d. cap. ad reprimendam, Ant. Abb. Imo. Felyn. in d. cap. lator. Et dicit Abb. antiq. in d. c. ad reprimendam, quem ſequuntur Ant. & Imol. quòd excommunicatus, poſt decem dies, poteſt requirere Epiſcopum, qui excommunicauit, ꝙ reuocet excommunicationem, tamquam iniuſtã; & ſi non reuocat, ab iſto grauamine poteſt appellari. Declaratur 2. quando quis fuiſſet excom
14 municatus, ſub conditione, ſi tale quid fecerit, quia, ante conditionis euentum, poterit appellare, etiam, poſt decem dies, licèt in alijs ſententijs

Digitized by Google

non censurarum non possit appellari ante euentum conditionis, post decem dies; ratio est, quia sententia censurarum non retrotrahitur, sicut aliæ sententiæ, ità communiter tenent Doctor. in d.cap.præterea, vbi Franch. testatur de cõi.

15 Nonò notandum, quòd, secundum magis cõmunem Doctorum opinionem in cap. à nobis il primo, de sententia excommunic. ignorantia pœnæ Statuti non excusat in facto, aliàs damnato, putà, furto, adulterio, & similibus; tamen excusat in sententia excommunicationis; quia in ea requiritur contemptus, qui non cadit in ignorantem, Abb. & alij in d.c. à nobis, Henriq. de Bottis de synodo Episcopi, par. 3. concl. 13. Couar. latè in cap. alma mater, de sententia excommun. in 6. §. 4. num. 8. & proindè exteri non possunt declarari excommunicati in foro exteriori, nisi, quando præsumitur scientia, nempè, post duos menses in constitutionibus Principum, & secundum arbitrium Iudicis in statutis inferiorum, quoad absentes; sed quoad præsentes statim, vt latè tradit Felin. in cap. cognoscentes, num. 7. & 8. de constit.

16 Decimò notandum, quòd secundum communem opinionem Doctorum declaratio excommunicationis debet fieri, parte citata, ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicatus; aliàs est nulla, Glos. in clem.

præ-

Digitized by Google

præsenti, in verb. constiterit, de censibus vbi Abbas, Felyn. latè in c. Rodulphus, de rescript. Adest etiã ritus Curiæ Archiep. Neap. 3. Declaratur primò, nisi declaratio fiat super excessu notorio, c. peruenit, il 1. de appell. & dũmodo certum sit, non posse competere aliquam iustam excusationem, Felin. vbi suprà, & semper est tutius citare, quia multa dicũtur notoria, quæ non sunt, Imol. in cap. exstirpandæ, de præbend. Declaratur 2. quando dubitatur de fuga citandi; quia, tunc potest declarari, omissa citatione, Abb. in cap. cùm non ab homine, de iudicijs, Fel. latè, vbi suprà. Declaratur 3. quando præsupponitur factum pro indubitato, & quis declaratur excõmunicatus, vt magis innocescat; vel, vt hodiè cuitetur ab alijs; quia non est opus citare, Rom. consil. 482. incip. in casu præmisso. Felyn. loco citat. qui alios cumulat.

17 Vndecimò notandum, quòd excommunicatio potest ferri die feriata, in honorem Dei, secundum Feder. de Senis, cons. 11. & Franc. Marc. decis. Deph. 690. pariter denunciatio excommunicationis potest fieri die feriata, in honorem Dei, Dominic. & Franc. in cap. felicis, de pœnis in 6. & proindè fuit iustè declaratus excommunicatus per Curiam Archiepis. die feriata, in honorem Dei, quidam laicus, qui eodem die manus violentas iniecerat in cursorem dictæ Curiæ, cleri-

Digitized by Google

clericum exequentem eius officium.

18 Duodecimò notandum, quòd, licèt in criminalibus probationes imperfectæ non coniungãtur, ad imponendam pœnam ordinariam delicti, Glos. in cap. veniens, de testib. tamen ad imponendam pœnam censurarum, seù ad probandam censuram, coniunguntur: vnde fama cum argumentis sufficeret; ità Dominicns,& Franch.in c. 1. per illum textum, de vsuris, in 6.

19 Decimotertiò sciendum, quòd in Curia Archiep. quando aliquis incidit in aliquam censurã, nempè, ob violatam immunitatem Ecclesiæ, vel aliàs, capta informatione, citatur ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicatus, ob prædictam causam; & si non comparet, non excommunicatur tamquam contumax; sed contrà eum proceditur ad difinitiuam sentẽtiam, & declaratur excommunicatus, ex causa, ob quam fuit principaliter citatus. Quæ praxis aliquibus fuit visa dura, ex regula iuris, quòd, cõtrà absentes, & contumaces, ex testibus, lite non contestata, receptis, non potest procedi ad diffinitiuam, toto tit. vt litè, non contestata, c. omnia, cap. absente, cap. absens, 3. q. 9. in contrarium est

20 veritas; nam, vbi de periculo animarum agitur, potest procedi ad diffinitiuam, contrà contumacem, vel absentem, etiam ex testibus receptis, lite non contest. textus est notabil. in c. quoniam fre-

Digitized by Google

frequentèr, §. porrò, vt lite non conteſt. Lap. ſingular. alleg. 10. Marian. Soc. in d. cap. quoniam frequentèr, Fallen. 58. iuncta fallentia 8. Præpoſ. in cap. de accuſationibus, 3. q. 9. & quando exceſſus eſt exemplaris, ſolet Curia Archiep. in prima citatioue, ſiuè monitorio, præfigere cõpetentem terminum, ad dicendum cauſam, quare non debeat declarari excõmunicatus, & quòd infrà eundem terminum, vel alium competentẽ, valeat citatus, allegare, deducere, & probare, quicquid vult, poteſt, & intendit, quare declarari non debeat; cum commination e, quòd, dicto termino elapſo, ſi nihil deduxerit, prima die iuridica compareat, ad videndum ſe declarari excommunicatum, & pro excommunicato publicè denunciari, cedulones decerni, & affigi, per loca ſolita, & conſueta ciuitatis, ipſo vlterius nõ monito, nec citato, niſi quatenus opus fuerit, & expediet, & ad valuas Eccleſiæ Metropolitanæ. Vbi &c. Datum &c. Et poſteà ipſo non comparente, inſtante Fiſco, proceditur ad declarationem, & affiſſionem cedulonum.

21 Decimòquartò notandum, ꝙ dicitur manus violentas inijcere in clericum, qui immediate, vel mediante inſtrumento, inijcit ei, aut rei ipſum tangenti; vt ſi teneat clericum per veſtes, vel per frenum equi, cui inſidet clericus, vt abire non poſſit, quò vellet; aut aufert à clerico aliquam rem vio-

Digitized by Google

violenter; aut, si occidat equum subtus clericũ; vel deturpet ei vestes; aut laniet in eius dorso; vel eũ includat in aliquo loco; aut abscindat cingulum Epifigij; aut, adeò furiosè persequitur, vt cogat se dare pręcipitem in flumen, vel aliud discrimẽ, ad se liberandum, Inn. & communis in c. nuper, de sententia excom. Petrus de Anchar. in cap. si clericos, eod. tit. in 6. Nauar. cap. 27. nu. 67. Prætereà sciendum, quòd excommunicati,
22 carcerati in curia Archiepis. si petant expediri, non audiuntur, nisi prius petant absolutionem, & absoluantur; quia excommunicatus, etiam iniustè, non est audiendus, antequam absoluatur, c. per tuas, vbi Abb. de sententia excommunicationis; & propterea carcerati solent petere absolutionem, ad cautelam, quatenus sunt excommunicati; siquidem petens absolutionem, licèt præsumatur excommunicatus, iuxtà Gloss. & Host. in cap. venerabilem, de elect. & luculenter, tradit Illustris. Io. Franciscus de Aponte, Marchio Merconi, & Regiam Cancellariã Regens meritissimus, assiduis laudibus celebrãdus in consil. 42. tamen id procedit, quando petitur
23 simpliciter absolutio; secus, si ad cautelã; Abb. in dict. cap. venerabilem, Mascard. in verb. absolutio, conclus. 13.

SVM

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Scriptura requiritur in ſententia excommunicationis, & in alijs cenſuris; & quid, ſi ſit lata contrà incertam perſonam?*

2 *Scriptura an requiratur in præcepto, de aliquid faciendo, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ?*

3 *Scriptura an requiratur in ſententia excommunicationis nulla, vel, quæ non habuit effectum.*

4 *Scriptura non requiritur in ſententia excommunicationis, lata per ſtatutum; & quid, ſi per mandatũ generale?*

5 *Scriptura non requiritur in ſententia excommunicationis, quando copia Notarij, vel alia neceſſaria ad ſcribendum haberi non poſſunt.*

6 *Pœna ſuſpenſionis, contenta in c. 1. de ſententia excommunicationis in 6. non comprehendit Epiſcopos, nec pœna cap. ſacro, extrà eod. tit. & quid in Prælatis regularibus?*

CAPVT XXVIIII.

CVm Dñs Vicarius Neapol. quodam die feſto, aſſiſteret in choro, in Eccleſia Cathedrali, quidam laicus, magiſter cuiuſdam Eccleſiæ, voluit eidem Vicario ibi exiſtenti conſignare claues Eccleſiæ, & amplius in ea ſe non

Digitized by Google

intromittere; quem Vicarius pluries monuit, vt pro tunc ipſas pęnes ſe retineret; quia, nec tempus, nec locus id patiebantur; ſed expleto officio, benignè ipſum audiret. Et cum dictus laicus adhuc impudenter, & temerariè voluiſſet conſignare claues, in dicto loco, Dominus Vicarius fecit ei præceptum, quod ſub pęna excommunicationis latæ ſententię, pro tunc dictas claues pęnes ſe retineret; qui laicus, relictis ibi clauibus, diſceſſit, dicens ego ſum ſubditus Regi, cum maximo ſcandalo Canonicorum, & aliorum circũſtãtium, qui fuit poſteà per Curiam Archiep. declaratus excommunicatus, carceratus, ad plures pęnas condẽnatus, & publicè abſolutus, in Miſſa conuentuali, in die Dominico, in eadem Eccleſia Metropolitana, & loco, in quo dederat ſcan-
1 dalum. Fuit tamen dubitatum, an Vicarius, propter excommunicationem latam ſine ſcriptis, eſſet ſuſpenſus, iuxtà cap. 1. de ſententia excommunicationis, in 6. qui textus procedit, etiam in alijs cenſuris, & ſiue excommunicatio feratur in certam perſonam, ſiuè in incertam, ſecundum tutiorem opinionem Ioannis Andreæ, Dominici, & Franchi in d. cap. 1. Marian. Soc. cap. ſacro, de ſententia excommunicationis, & in cap. per pendimus, eod. tit. Vgolinus de cenſuris, tabula 8. cap. 21. §. 1. licèt contrarium teneant, ibi Ioan. Monac. Archid. & Lap. alleg. 73. quando ſertur

in

in incertã perſonam,& d.c.1.procedit, ſiue adſit dolus, ſiue non; ſed ſufficit, quòd ſtultè, fatuè, vel ex negligentia feratur, ſine ſcriptis; nam id temerariè fieri dicitur, iuxtà gloſſ. in d. cap.1. in verbo temerarius, quam communiter Doctores ſequuntur. Sed dubium erat, quoniam textus in d.c. loquitur de ſententia excommunicationis,
2 & tamquam pœnalis non videbatur extendendus ad præceptum de aliquid faciendo, ſub pœna excommunicationis late ſententiæ, quod non videtur ſententia excommunicationis. In contrarium tamèn eſt veritas; quia non poteſt negari, quin in præcepto contineatur ſententia excommunicationis; & ità communiter videntur concludere DD. in d.cap.1. dum ponunt exemplũ de ſuperiore regulari, qui fecit præceptum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſubdito ſuo. Sed dubitant DD. quid, ſi ſententia, con-
3 tenta in præcepto, nõ habuit effectum; quia ſubditus paruit; vel aliàs ſententia lata non habuit effectum; quia lata poſt appellationem? Lappus alleg.73. tenet non eſſe locum pœnæ dicti cap. primi, quando excommunicatio non habuit effectum; quem videtur ſequi Dominicus in d.c.1. ſed contrariam opinionem, tanquã magis tutiorem, tenent, Ioannes And. & Franch. in d.c.1.
4 Non autem habet locum pœna dicti cap. primi, quando excõmunicatio fertur per ſtatutum, vt

Digitized by Google

dicunt, Io. Andr. Geminianus, Anchar. Felyn. Franchus in cap. Romana, §. caueant, eod. tit. in 6. Et idem esse in mandato generali, quod habet vim statuti, tenet Lapus in d. alleg. 73. Potest poni exemplum, quando Vicarius Neapolitanus præciperet sine scriptura, quòd omnes clerici ac cedant ad processionem, sub pœna excommunicationis, vel suspensionis, ipso facto incurrenda. Idem censet Lapus d. alleg. quando excommunicatio fertur à Prælato, non tamquam Iudice; sed tamquam parte, pro defensione Iurium, iuxtà notata per Innoc. in cap. venerabili, de censibus, & in cap. sacro, de sententia excommuni-
5 cationis. Nec etiam habet locum pœna prædicta, quando copia notarij, vel alia necessaria ad scribendum haberi non possunt, & periculum est in mora, vt dicit Glossa, communiter recepta, in d. cap. 1. in verbo temerarius. Et ex hac ratione fuit excusatus Vicarius prædictus à pœna suspensionis. Declaratur etiam textus in d. cap. 1. vt talis pœna suspensionis non compræhendat Episcopos; quia non fit expressa mentio de eis, iuxtà c. quia periculosum, de sententia excommunica-
6 tionis, in 6. vt dicit Ioan. Mon. in d. cap. 1. Nec etiam procedit in Prælatis regularibus, secũdum Lapum, in d. alleg. 73. Sed contrarium tenentin d. cap. 1. Io. Monach. Io. And. Host. Petrus de Anchar. Dominicus, & Franch.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Absolutus in foro conscientiæ ab excommunicatione, an debeat inquietari in foro exteriori?

CAPVT XXX.

EVit pluries dictum, & obseruatum in Cur. Archiep. Neap. quòd, si in iudicio appareat aliquem esse excommunicatum; sed constet Iudici in conscientia, talem excommunicatum obtinuisse absolutionẽ in foro conscientiæ, antequam negotium deduceretur in iudicium, licet talis excommunicatus, absolutus in foro conscientiæ tantùm, possit accusari, declarari, & puniri in iudicio iuxtà glossam communiter receptam in cap. de his, de accusat. & tradita per Couarr. in cap. alma mater, de sententia excommunicationis in 6. §. 12. nu. 16. honestius tamen, & benignius facit Iudex, si ipsum non inquietet, nec declaret excommunicatum in foro exteriori, nisi pars esset in iudicio, quæ instaret; sed, si pars non adesset, non tenetur Iudex illum declarare excommunicatum ex officio Iudicis nobili, quòd versatur circa publicam vtilitatem; quia illa non est in consideratione, postquam quis

est

Digitized by Google

est absolutus, & in peccato nõ perseuerat. Idem tenet Nauar. in consil. 51. de sententia excommunicationis. Idem Henriqu. in summa, de irregularitate cap. 20. & ita vidi pluries seruatum, vt dixi cum Clericis, qui post excommunicationẽ, & absolutionem, obtentã in conscientia celebrauerunt ad euitandam irregularitatem, super qua in hoc casu solus Papa dispensat, Nauar. cap. 27. numero 241.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, persistens in excommunicatione, per annum, habetur pro confesso, & conuicto, de delicto, pro quo contumax fuit excommunicatus.*

2 *Testes an sint repetendi ad instantiam excõmunicati.*

3 *Excommunicatus perseuerans, vltrà annum in excommunicatione, potest priuari beneficijs.*

4 *Contumax potest excommunicari, sine alia citatione.*

CAPVT XXXI.

1 EXcommunicatus, qui per annũ perseuerauit in excommunicatione habetur pro confesso, & conuicto de de delicto principali, pro quo fuit citatus, & non comparens excommunicatus; itàq; non est amplius audiendus, ex cap.

Digitized by Google

cap. rursus, & cap. quicunque, 11. q. 3. Abb. Ant. Ripa, qui testatur de communi in cap. 1. de iudicijs, vbi dicunt Fiscum, & partem esse releuatos ab onere probandi delictum; posse tamèn inquisitum alijs probationibus suam innocentiã demonstrare, secundum Ripam, & Butrium in d. cap. 1. & Menoch. latè in tractatu de arbitrarijs, centuria 6. casu 416. Ex his fuit dictum in
2 Curia Archiepiscopali non fuisse necessariã quãdam repetitionem testium, factam ad instantiam excommunicati, qui perseuerauerat in excommunicatione, per annum; siquidem repetitio testium fit ad probandam intentionem Fisci, vt clarum est, & Fiscus est in probatis, vt suprà dixi. Notandum etiam in praxi, quòd excommunicatus, pro quacunq; causa, siue ciuili, siue criminali, habetur pro conuicto, & confesso, si perseuerauit in excõmunicatione per annum; ità quod, si propter delictum debebat priuari benefitio, priuabitur, si venit priuandus ipso iure, erit ipso iure priuatus, vel alia pęna delicti imponetur; si verò non est determinata pęna, imponetur arbi-
3 traria; si vero perseuerauit vltrà annum, etiam in causa ciuili, potest priuari benefitijs, ità Abbas not. in d. cap. 1. num. 25. Menoch. latissimè vbi suprà, qui alios adducit; & dicit, arbitrio Iudicis remitti, quantum temporis expectari debeat post annum, antequam deueniatur ad priuationem;

Digitized by Google

nem; Abbas verò vbi supra, videtur sentire de triennio. Fuit etiam in eadem causa dictum, contumacem posse excommunicari, sine alia citatione, vt dicunt Innoc. Ant. Abb. in d.cap. 1. de iudicijs, per illum textum, quamuis in Curia Archiep. de benignitate etiam contumaces soleant citari, ad dicendum causam, quare non debeant excommunicari, & ad videndum se excommunicari, & pro excommunicatis denunciari.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Episcopi, excõmunicans accedentes ad Monasteria Monialium exempta, an valeat; & quid Neap. seruetur?*

2 *Regulares non possunt alloqui moniales, sine licentia, obtenta à Sacra Congregatione.*

3 *Equites Hierosolymitani quando veniant appellatione regularium.*

CAPVT XXXII.

1 DVbitatum fuit in Curia Archiepisc. Neap. an valeat statutum Episcopi, excommunicans accedentes ad Monasteria Monialium exempta, subdita regularibus, in quibus nihil possunt Epis. existẽtia intra Diœcesim? Et partem

Digitized by Google

tem negatiuam ex pluribus rationibus tenet Petrus de Anchar. in cap. 1. de ſtatu regularium in 6. Felyn. in cap. fin. de foro competenti. In contrarium eſt communis opinio Doctorum, quòd valeat tale ſtatutum, & liget ſubditos accedẽtes ad talia monaſteria, quam tenent Geminianus, & Franchus in d. cap. 1. de ſtatu regularium in 6. Ang. in verbo ſtatutum 3. Syl. in verbo excommunicatio 2. num. 3. Henriquez de Bottis de ſynodo Epiſcopi, parte 3. artic. 1. concl. 13. num. 40. Rolandus à Valle conſil. 33. volum. 3. Iaſon in conſil. 83. volum. 1. dicit tamèn Rolãdus, vbi ſuprà, quòd eſt facienda ſpecialis mentio de monaſterijs exemptis; aliàs, ſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur, non includeret accedentes ad monaſteria exempta; pro qua opinione facit textus in cap. monaſteria, de vita, & honeſtate clericorũ. Itèm videtur facere Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 5. vbi Epiſcopi, tamquam Apoſtolicæ Sedis Delegati, in Monaſterijs Sanctimonialium exemptis, poſſunt ſe intromittere, & curam habere clauſuræ monaſteriorum; & acceſſus ad dicta monaſteria videtur pertinere ad clauſurã; & ità ſeruatur in Cur. Neap. in qua excommunicantur in ſpecie accedentes ad talia monaſteria, & omnes accedentes petunt licentiam à Curia Archiepiſc. & Sacra Congregatio Conc. Trident. cenſuit talem conſuetudinem eſſe ſeruan-

Digitized by Google

2 dam. Notandum etiam, quòd regulares cuiuscumq; ordinis, non possunt alloqui moniales, vel alias mulieres, existentes in monasterijs, nec cõmorari in monasterijs monialiũ, sub grauissimis pœnis, sine licentia Sacræ Congregationis regularium, ex decreto dictæ Congregationis, & in Curia Archiep. neque conceditur licentia alloquendi moniales regularibus nouitijs, nec etiam
3 equitibus Sancti Ioannis Hierosolymitani, qui dicuntur largo modo regulares, & in fauorabilibus veniunt appellatione regularium, non in odiosis; nisi dicatur quicumq; regularis, Abbas in rubrica de regularibus Syl. in verbo religio, §. 1. & in dicto decreto sunt talia verba, vel equipollentia, cuiuscumq; ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi non debent esse prompti ad carcerandum clericos.*
2 *Carcer infamat.*
3 *Carcerans iniuste clericum est excommunicatus.*
4 *Carcerantur quando clerici in Curia Archiep. Neap.*
5 *Cap. si clericos, de sententia excommunicationis in 6. non est in vsu, quoad cautionem de stando iuri.*
6 *Habilitatio clericorum carceratorum quando facienda, vel ne.*
7 *Carceratus, appellatione pendente, debet remanere in carceribus.*

8 Cle-

Digitized by Google

8 *Clericus suspectus de fuga, quando carceratur in Curia Archiep.*

9 *Recomendatio in carceribus, quando facienda; & quid seruetur Neapoli?*

10 *Carcerare clericos quando possunt laici.*

11 *Clericus carceratus, si discesserit à Palatio, vel alio loco, pro carcere sibi assignato, & postea intra breue tempus reuertatur, an teneatur ad pœnam fideiussionis.*

12 *Presbyteri carcerati, an possint celebrare Missas? & sint habilitati per Palatium, vel Ciuitatem.*

13 *Interrogatoria possunt dari ab inquisitis testibus repetendis, & ibi praxis Curiæ circà interrogatoria.*

14 *Interrogatorijs quando testes non teneantur respondere, & alia de interrogatorijs.*

15 *Testes qui fecerunt confrontationem in faciem inquisiti, an sint repetendi cum eius interrogatorijs; & quid Neap seruetur.*

CAPVT XXXIII.

VTilissimam, & in Curia Archiepisc. frequentissimam carcerationis clericorum materiam, de qua sæpissimè dubitatur, hoc loco pertractãdam putaui. est ergò primò notandum, quòd, sicut dicit Ioan. Andr. in cap. si clericos; de sententia excommunicationis in 6. Epi- 1 2 scopus non debet esse promptus ad carcerãdum

Digitized by Google

carcer est ignominiosus Paul. Iaſ. in l. 4. §. condemnatum, ff. de reiudic. & infamat apud graues personas, Menoch. de arbtr. caſu 87. 3

clericos; carcer enim infamat, & irreparabile damnum affert, Bal. in l. ſi clericus, C. de Epiſc. audient. & in l. 1. C. de in integr. reſtit. omittuntur, ſiquidem diuina officia, & ſcandalizantur laici, qui clericis ſunt valde infeſti, cap. laicos, 2. q. 6. quinimò Epiſcopus iniuſtè carcerans clericum, eſt excommunicatus, cap. ſi clericos, de ſententia excommunicationis, in 6. debet namq; contrà ipſum clericum conſtare de delicto, ſaltèm præſumptiuè, iuxtà Dominicum in præall.

4 c. ſi clericos. In Curia verò Archiep. ſeruatur, quòd non proceditur ad carcerationem clericorum, niſi contrà ipſos adſint probationes, ſufficientes ad condemnandum, vel ſaltèm ad torquendum; dummodo clericus non ſit ſuſpectus de fuga; nec ſit timor, quòd ſeducat teſtes, & deſtruatur informatio; quia tunc, ad finem formandi inquiſitionem, habita aliquali informatione, carceratur, iuxtà communem practicam Doctorum, de qua teſtatur Clarus in praxi, §. fin. q. 28. quin etiã, quando præfata Curia non poteſt moleſtare clericum, neque citat ad informandum, ſeu (vt dicitur) ad ſubijciendum ſe examini ſuper his, de quibus fuerit interrogatus mouẽtibus mentem Curiæ, & ſignanter ſuper tali delicto; ſed, ſi Fiſcus ſperat ex depoſitione clerici augeri indicia contrà ipſum, ſolet Curia citare clericũ, non ad informandum; ſed ad perhibendum teſti-

Digitized by Google

monium veritatis, ſuper quibus fuerit interrogatus tanquam teſtẽ; & ſi ex eius dicto Fiſcus acquirit, nempè, ex mendacijs, vel alijs, remanet carceratus; alias non moleſtatur. ſi verò clericus ad morum correctionem detineatur carceratus per aliquot dies, etiam ſine proceſſu, non videtur Epiſcopus excommunicatus, cùm temeritas, vel iniuria ceſſet, iuxtà d.c. ſi clericos.

5 Notandum ſecundò, quòd tex. in d. c. ſi clericos, quatenus dicit, quòd ſi clericus carceratus præſtat cautionem de ſtando iuri, debet à carceribus relaxari, niſi exceſſus enormitas, aut alia rationabilis cauſa ſuaſerit detinendum, hodiè non eſt in vſu in Curia Archiep. & vbiq; quoad cautionem de ſtando iuri; ſed ſolent rei inquiſiti habilitari cum cautione, de tenendo Palatium, do-
6 mum, aut Ciuitatem loco carceris. Habilitari verò non debet conuictus, vel confeſſus, l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum; nec inditiatus ad torturam, iuxt. Bald. in l. ſi quis poſt, ff. de teſtam. & bullam Pij V. incipien. Licet ex iuris; nec qui 8
aliàs aufugit, Pariſ. de Puteo de ſindicatu, in verbo carcer, cap. 1. nec quando quis eſt repertus in fraganti crimine, aut delictum eſt notorium, & manifeſtum, etiamſi de pęna pecuniaria agatur, Marſilius in praxi, §. attingam, num. 5. & 6. Nec de iure in delictis grauiſſimis, l. nemo, C. de Epiſcop. audien. quod etiam Iudicis arbitrio relinquitur,

l. nullus dic l. diuus, ff. de cuſtod. reor. nam ẽt in cauſis ſanctæ fidei ſolet fieri habilitatio ex infirmitate, vel alia cauſa Iudicis arbitrio.

Digitized by Google

quitur, vt tradit Menoch. de arbitrar. casu 303. & in Curia Archiepiscop. habilitantur in festis Paschalibus, & Natiuitatis Domini Nostri, inquisiti, etiam de delictis exceptis in l. 3. C. de Episcop. audient. ex consuetudine Curiæ Archiep. & aliarum Curiarum, vt testatur Clarus, §. fin. q. 46. nu. 9. in hac tamen habilitatione multum Iudicis arbitrio tribuitur iuxtà Menoch. vbi suprà, & Farin. latissimè de carceribus, & carcer. q. 33. numero 53.

7 Tertiò notandum, quòd clericus carceratus, appellatione pendente, debet remanere in carceribus, donec Iudex ad quem aliud iusserit, Bal. in l. 2. C. de Episc. audient. Præpos. in cap. super eo, de appellat. Lancellott. de attentatis, c. 12. limit. 15. & ità etiam declarauit Sacra Congregatio Conc. Trid. Verùm quando Curia cognoscit clericum esse innocentem ante sententiam ipsum habilitat, vt pendente appellatione calumniosa, reperiatur extrà carceres.

8 Quartò notandum, quòd vt supra dixi in cap. 3. clericus non potest carcerari pro debito ciuili, nisi, quando est periurus; vel debitum descendit ex delicto; aut si est suspectus de fuga; & in hoc vltimo casu practicatur in Curia, quòd capitur summaria informatio, & examinantur duo, vel tres testes, qui, si clericus est aduena, sufficit, si deponãt, quòd est de proximo discessurus, iuxtà

tà Bald. in rub. C. de reuocand. his, quæ in fraud. cred. Quando tamen aduena erat vir probus, quẽ creditor non credebat receſſurum, aliàs, ſi ſciebat eſſe aduenam, & fugitiuum ſibi debet imputare, nec poteſt capi facere, ità Menoch. de arbitr. caſu 87. qui concordat Bart. contrarium tenentem in l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in fraud. cred. Quando verò debitor non eſt exterus, vt poſſit procedi ad capturam, tamquam ſuſpectum, debent plura probari, nempe, quòd debitor tempore contracti debiti erat ſoluendo, quòd poſtea mutauit conditionem ſuam in peius; quòd ei ſuperuenerit magna calamitas, quã creditor ignorauit; quia ſi eam ſciuiſſet, & diu tacuiſſet ſibi præiudicaſſet; quod prædicta conſtent per ſummariam informationem; & quod creditor iuret ſe habere debitorem ſuſpectum de fuga, & periculũ ſit in mora; & niſi prædicta concurrant, non poteſt procedi ad capturã, ità Ang. & Iaſ. in l. ſi ab arbitro, ff. qui ſatisd. cogan. de aliis modis, quibus debitor probatur ſuſpectus de fuga, vide per Iaſ. ibidem & latiſſimè per Menoc. de arbitr. caſu 87. nam Archiep. Cur. ſolùm conſueuit procedere contrà aduenas tamquam ſuſpectos de fuga, & non contrà ciues, propter frequentes calumnias; clericus verò carceratus ex prædicta cauſa, præſtando ſolùm cautionem de ſtando iuri, ex carcerabitur, Alexandr. in l.

neque,

Digitized by Google

neque, §. 1. ff. de in ius vocando; non tamen potest carcerari debitor suspectus de fuga, quando debitum est modicum, Iason vbi suprà, quòd autem tale sit, remittit arbitrio Iudicis, Menoch. loco cit.

9 Quintò notandum circa recomendationes clericorum, carceratorum in Curia Archiep. quòd licèt secundum magis communem opinionem doct. carceratus pro delicto non possit recomendari in carceribus pro debito, de qua testatur Brunus de cess. bonorum, q. 11. 4. q. princ. nu. 33. & 35. id non seruatur in Curia Archiepis. & sic tenet Bossius de capt. reor. nume. 91. Item secundum magis communem opinionem iniustè captus pro debito, vel delicto nõ potest arrestari pro alio debito vel delicto, Brunus, & Farinac. de carcer. q. 27. n. 155. qui dicit hanc opinionẽ in vrbe nõ seruari, nec etiam seruatur in Curia Archiep. sed solet dici, malè captus, iustè detinetur; & liberati pro prima causa arrestantur pro alia; & ita etiam de iure procedere dicit Marsilius de bannitis in verb. capi, numer. 5. quem sequitur Farinac. vbi suprà. Quando verò captura fuisset iniusta ex parte Iudicis, nempè, in Ecclesia; tunc aliud videtur dicendum, vt per Dominum de Franch. in decis. 415. Prætereà notandum, q̃ de iure captus pro debito, non potest pro alio debito arrestari, nisi arrestans habeat super declaratione

Digitized by Google

ratione sui crediti sententiam Iudicis, & mandatum relaxatum, vt declarat Brunus in loco supra allegato, & ità etiam seruari in vrbe dicit Farinac. d. quæst. 17. nu. 156. In Cur. verò Archiep. seruari solet, quod debitor arrestatur pro debito, etiamq; creditor non habeat sententiã, & mandatũ quod debitũ fi cõfitetur debitor, non excarceratur, nisi soluat, propter confessionem factam in iudicio, quæ habet exequtionem paratam, iuxtà Paulum de Castro in l. eum pro, ff. de in ius vocan. si verò negati debitor aut illud probatur per instrumentum publicum, & relaxatur præstita cautione de standō iuri, & iudicatum soluendo; aut est probãdum testibus, tunc præstatur solùm cautio de standō iuri, si carceratus est exterus, alias non, & liberatur à caceribus.

10 Sextò notandum, quòd laici, carcerantes clericos fuut excommunicati, nisi quando de mandato Episcopi ipsos carcerant, vt in dicto cap. si clericos, vel 2. quando agitur de obuiando delicto committendo, Io. Andr. Abb. Fel. Decius, & alij communiter in cap. cum non ab homine, de iudicijs, ex Glosa in cap. 2. de hæret. & alijs congestis per Farinac. de inquisitione, q. 8. num. 126. Capic. decis. 114. Hinc potest familia Iudicis secularis capere clericum de nocte incedentem cum armis, cũ præsumatur velle delinquere, Abb. in cap. vt famæ, de sententia excommu-

Digitized by Google

nicationis, Couar. lib. pract. q. cap. 33. Navar. consil. 39. de sententia excommunicationis 9. quando clericus reperitur in flagranti crimine; tunc enim quilibet dicitur habere mandatum à lege capiendi malefactorem, l. raptores, C. de Episcop. & cler. l. capite quinto, ff. de adulteriis Fel. in cap. si verò, de sententia excommunicationis, vbi de communi testatur. Quartus casus, quando clericus potest impunè offendi, vel verberari per laicũ, vt degradatus; vel ad defensionem, Follerius in praxi canonica in verbo, vn si est sacrilegium, num. 18. ex Ioan. Andr. & Abbd in d. cap. cum non ab homine, Farin. vbi supra. Quintus casus est, quando agitur de delicto commisso, an clericus possit capi à familia Curiæ secularis ad effectum veniendi, & ducendi illum ad Iudicem Ecclesiasticum, & magis communis opinio est, quòd possit capi, quando tamen est suspectus de fuga, secus si non est suspectus. Abb. Decius in d. cap. cum non ab homine, Felyn. ibi num. 36. qui testatur de communi. Menoch. de arbitrariis casu 180. Farin. vbi supra, num. 114. & & tali casu potest laicus clericum carceratũ detinere, pro spatium 24. horarum, & non vltrà iuxtà d. l. capite quinto, ff. de adulteriis Felyn. & Farinac. vbi supra. Ampliatur dictus casus, vt etiam debitor clericus, ex causa ciuili, possit per Iudicem secularem creditorem capi, secus si ex

de

de fuga, & ista est magis communis opinio, vt dicit Fel. vbi supra, & Farin. qui declarat hunc casum duobus modis; Primò vt procedat, dūmodo quanto citius fieri potest, præsentetur Episcopo, iuxtà Host. Anto. in d. cap. si vero; Secundò, vt non procedat, si clericus offert solutionem; quia si tunc laicus illam non acceptat, erit excommunicatus, iuxtà Bal. in d. cap. cum non ab homine. Item, vt procedat, quando non est copia Iudicis Ecclesiastici; quia, si potuit illum capi facere à Iudice Ecclesiastico, debet etiam in pœnam amittere ius crediti sui, ità Armonus singul. 86. Farin. vbi suprà. In omnibus verò casibus, in quibus clerici possunt capi à laicis, debent duci ad Iudicem Ecclesiasticum sine ignominia; aliàs non euitatur excommunicatio, & uis publica, Boerius decis. 303. Couar. lib. pract. q. cap. 33.

II Septimò notandum esse dubium inter Doctores, si carceratus discessit à Palatio, vel alio loco, sibi pro carcere assignato, & infrà breue tempus reuertatur, an dicatur contrauenisse fideiussioni, vt pœna exigi possit ab ipso carcerato, & fideiussoribus. Carrerius in sua praxi criminali in 2. tractat. de inditijs ad torturam, §. tertium inditium est, nu. 20. dicit isto casu fideiussionem non esse ruptam, nec fideiussorem ad pœnam teneri, ex pluribus relatis per Farinacium de carceribus, & carceratis, q. 30. nu. 70. Contrariam opinionem

Digitized by Google

de directo tenet Vulpellus in responso 39. lib. 1. fundans se præcipuè in contemptu Iudicis, cuius opinio verior videtur, & aliquibus rationibus cõprobatur à Farinac. vbi sup. num. 77. ipse tamèn putat non esse integram pœnam exigendam; sed minorem summã ob Iudicis contẽptum. Hic casus cum plurès euenisset in Curia Archiep. numquam vidi exactam pœnam; sed carceratus fuit positus sub claue, & non amplius habilitatus, & etiam in hoc casu placuit Curiæ Archiep. sequi decisionem Grammat. 95. licèt loquatur in alijs terminis, vt expectetur exitus causæ, ac etiam, vt possit pœna exigi, quando carceratus discessit à loco sibi pro carcere assignato, & commisit aliquod delictum.

12 Octauo notandum, quòd accusatus de simonia, pendente inquisitione, prohibetur celebrare Missas, cap. accusatum, de simonia, & inquisitus de quouis graui crimine concurrente infamia non debet celebrare, vt dicit Abb. in d. cap. accusatum, & in Cur. Archiepisc. seruatur, quòd inquisiti de quouis delicto, habilitati per Palatium, vel per Ciuitatem prohibentur celebrare, sed conceditur eis licentia à Vicario, quando delictum est leue, vel graue, sed constat de innocentia, licèt ad huc causa non sit finita, dummodo non adsit scandalum.

Nonò notandum, quòd testes examinati con-

tra

trà inquisitum, repetendi sunt, cum eius interrogatorijs, si illa dare velit; aliàs non probant, ex c. præsentium, de testib. in 6. cap. per tuas, de testib. vbi Doctor. & l. si postulauerit, §. quæstionis, ff. de adult. ad quæ danda debet citari, Papiensis in praxi de forma iuramenti testium, in verbo citati, num. 1. Farinac. de testibus, q. 13. num. 25. & seruatur in Curia Neap. nam præfigitur terminus ad præsentandum interrogatoria, & pro illis formandis, debet concedi copia articulorum, Innoc. Abb. & communis in d. cap. tuas, habetur etiam in ritu Curiæ Archiep. 29. & secundũ Archid. in d. cap. præsentium, num. 7. potest pars interesse interrogationibus à Iudice faciendis; quod non seruatur in Curia Archiep. nec seruari in Vrbe, testatur Farinac. de testib. quæst. 73. num. 15. insuper notandum iuxtà Felynum in d. cap. per tuas, & Farinac. vbi suprà, num. 20. quòd, vt possint formari interrogatoria, sunt cõcedenda etiam nomina testium examinatorum. Contrarium tenet Bal. l. fi. C. de edendo. Specul. de test. §. qualiter, Maranta in specul. part. 6. de actorum editione, nu. 60. & alij relati per Farin. loc. cit. ad euitandum subornationem; & ità seruatur in Curia Archiepisc. cuius praxis talis est, postquam inquisitus fuit constitutus, facta litis contestatione dantur ei defensiones, & præstatur per eum iuramentum de calumnia, & si habet testes

Digitized by Google

ſtes fiſci pro repetitis, & legitimè examinatis cõceditur ei copia omnium repertorum cum nominibus, & cognominibus teſtium, ad finem faciendi defenſiones, niſi eſſent plures inquiſiti, qui nõ eſſent in fortijs Curię, tunc, nè copia proceſſus eis oſtendatur, & publicetur proceſſus, concedũtur ſolùm capita, ad finem faciendi defenſiones, iuxtà tradita per Boſſium de ſententia, num. 85. Clar. in §. fin. q. 49. qui limitant, quando contumaces fuiſſent condemnati. Si verò inquiſitus nõ habet teſtes pro repetitis, nõ publicatur proceſſus, nec datur copia parti, vt etiam dicit Clarus in d. q. 44. ſed ſi inſtat ſibi concedi copiam repertorum, ad finem formandi interrogatoria, tunc conceduntur ei capita, vel copia ipſius conſtituti loco capitulorum, ſiue nominibus, & cognominibus teſtium, cum termino dierum duorum ad formandum interrogatoria, quibus præſentatus, examinantur teſtes abſq; præſentia inquiſiti, ſolùm enim ſi vult, poteſt videre iuramenta teſtium, ad quæ videnda citatur, teſtibus repetitis conceditur ei copia omnium repertorum etiam repetitionis teſtium cum nominibus, & cognominibus ad finem faciendi defenſionem, præterquam ſi eſſent plures inquiſiti abſentes; quia tũc, ſolùm conceduntur capita, vt ſuprà dixi; numquam tamen dantur defenſiones teſtibus torquendis, ad eruendam veritatem, ob mendacium

va-

Digitized by Google

varibiliter, aut cõtrarietatem, iuxta veriorem opinionem Bolf. de tortura testium, numer. 34. Clar. §. fin. q. 35. aut ad validandam depositionem, contrà socios criminis.

Decimò notandum, quòd testis non tenetur respondere interrogatorijs, suam turpitudinem continentibus, vt est crimen, infamia, excommunicatio, & similia; sed, si contineant eius inhabilitatem ad testimonium tenetur respondere, vt est paupertas consanguinitas, seruilis conditio, & similia, & hanc esse communem opinionem Doctorum ipsis relatis, dicit Felyn. in c. cum causam, de testib. nec etiam ex prædictis tenetur respondere, si fit confessus peccata sua vel nè, Prosper Farinac. vbi sup. num. 94. si tamen testis contineretur crimen, credetur sibi, Fel. vbi sup. Præterea non tenetur testis respondere interrogatorijs impertinentibus, incongruis, superfluis, & extrà articulos, & si dicat se nescire, talis depositio non valet, Speculat. de teste, §. iam de interrogatorijs, Farinac. vbi sup. latè num. 84. In dubio verò interrogatoria iudicanda sunt nõ impertinentia, Franch. in c. præsentiũ, §. 1. de testibus in 6. Si tamen testis esset aliàs suspectus, potest interrogari de circumstantijs non substantialibus, & quibuscumq; modis inquirenda est veritas per Iudicem, qui laborare debet, vt testem mendacij, & contradictionibus inuoluat, Glos.

& communis in d. cap. cum causam, & Iudicis arbitrio remittitur, qui testis sit suspectus, secundum Bald. ibi, Farinac. num. 52. & interrogatoria an sint impertinentia ante omnia discuti debet, & non possunt admitti, saluo iure impertinentium, Fel. in d. cap. per tuas, de test. & in Curia Archiepis. antequam præsententur, reuidentur per Aduocatũ fiscalẽ, nec fiũt super articulis repulsæ, & qui illa dat, tenetur soluere mercedẽ Notario, ut patet ex ritu dictæ Cur. Archiep. 29.

Notandum nouissimè, esse dubium inter Doctores, an testes, qui iurauerunt in facie inquisiti, & fecerunt confrontationem, sint postea repetẽdi cum interrogatorijs inquisiti. Hondedeus, cõs. 101. quẽ refert, & sequitur Farin. de testibus, q. 22. pluribus rationibus probat eos esse repetendos, illa potissimum, quòd licèt confrontatio supleat defectum citationis non tamen supplet defectum interrogatoriorum, cũ quibus debent testes examinari in ciuilibus, & in criminalibus, c. cum causam, cap. per tuas, de testibus, cap. præsentium eod. tit. in 6. aliàs eorum depositio est nulla, vt per omnes in dictis iuribus dicit tamen Farinac. fuisse in Vrbe resolutum, quòd si reus non est sagax, sed rudis nesciens facere interrogatoria testi, vel si fecit non perfecta, & præsertim si ius repetendi sibi cum interrogatorijs non reseruauit, vel etiam si Iudex illum non monuit

ad

ad interrogãdum teſtẽ, his inquam caſibus nõ eſt deneganda repetitio: contrariũ verò, ſi reus eſſet ſagax, & monitus à Iudice ad dandum interrogatoria, dedit, ipſe verò Farin. tenet indiſtinctè faciendam eſſe repetitionem. Primò, quia interrogatoria formantur ab Aduocatis, & procuratoribus, nec reperitur homo, tàm ſagax, qui poſſit talia interrogatoria ex improuiſo formare. Secũdò, quia confrontatio fit, vt plurimùm reo exiſtente in ſecretis carceribus, quo caſu, cum non ſit bene de facto informatus, non poteſt benè interrogatoria formare, ſed poſſet reſponderi ſatis eſſe, ſi dentur aliqua interrogatoria, concernẽtia ſubſtantiam negotij, ad quę formanda poterit etiam Iudex adiuuare inquiſitum; nam vt plurimum interrogatoria, quę fiunt ab aduocatis, ſunt captioſa. In Curia verò Archiep. vidi denegatam repetitionem, in quibuſdam delictis attrocibus, ferè notorijs, quãdo ex repetitione potius ſperabatur ſubuerſio teſtium, & Iuſtitiæ, quàm indagatio veritatis, vt poterit videri in cauſa ſubdiaconi Hieronymi della Monica, condemnati de homicidio, anno 1598. Aliquando fuerunt moniti inquiſiti à Iudice ad facienda interrogatoria in actu confrontationis, iuxtà reſolutionem Doctorum Vrbis, quæ videtur equa, & rationabilis, & ita paſſim hodie ſeruatur.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Delicta omnia sunt publica de iure canonico.*
2 *Laicus quilibet admittitur ad denunciandum delicta clericorum in Cur. Archiep.*
3 *Iudex Ecclesiasticus potest de iure canonico procedere ex officio, super omni delicto.*
4 *Adulterium clerici an possit puniri ex officio.*
5 *Denunciator non facit partem in in iudicio.*
6 *Denunciator non est citandus.*
7 *Denunciator potest assistere in iudicio; & quid seruetur in Cur. Archiep. Neap.*
8 *Parochiani admittuntur ad faciendum partem in iudicio, contrà Parochum.*
9 *Denunciator habetur per teste in qualibet causa, aliquibus concurrentibus*

CAPVT XXXIIII.

DE iure canonico omnia delicta sunt publica, itaquòd cuilibet de populo competit accusatio, Gloss. in cap. infames, 6. q. 1. in verbo fures, communis opinio, de qua testatur Clar. in praxi, §. 1. num. 6. & in Curia Archiep. omnes admittuntur ad denunciandum quælibet delicta clericorum; siue sint clerici; siue laici, ẽt ini-

Digitized by Google

inimici non obstante tex. in cap. cùm P. Manconella, de accusation. cum distinctione, de qua ibi per Doctores, præsertim per Felyn. & in cap. ex parte Adæ de testib. idque ex antiquissima obseruantia, ad corrigendos mores clericorum, & solet dici, quòd inimici delicta pandunt; sed habetur consideratio testium, & licèt de iure canonico Iudex possit ex officio procedere super omni crimine iuxtà communem, de qua testatur Marian. in cap. qualiter, & quando, il secondo, de accusat. Clar. in §. fin. q. 3. Idq; seruetur in Curia Archiep. non tamen procedit ex officio super adulterio, absque quærela viri, propter periculum mortis vxoris, si sciretur adulterium à viro, & propter infamiam viri, vt etiam dicit Diaz in cap. 65. in praxi canonica, qui limitat, quando adulterium esset publicum, & notorium, & maritus esset persona vilis, qui illud sciret, & paruipenderet; dicit tamen, quòd, quãdo adulterium est occultum, & maritus potens, possunt, & debent clerici puniri processu camerario, & familiari disciplina corrigi, ac etiam relegari, sine expressione causæ in sententia. Quod vltimum est valdè periculosum, nec vidi in Curia seruari; posset vtique processus camerarius, vel relegatio peruenire ad notitiam viri. Item ad tollenda scandala, & infamias familiarum, neque Curia procedit ex officio, contrà clericos com-

4

Digitized by Google

mittentes puæuis peccata carnes cum mulieribus, quæ habentur pro honeſtis, ad remouenda homicidia, quando veriſimiliter à conſanguineis timentur; aliàs ſecùs. Circa denunciationes, quæ frequentes in curia ſunt. Eſt menti tenendum, q; denunciator non admittitur ad faciendum partẽ in iudicio, Marant. in ſpecul. 6. part. verſic. & peruenitur aliquando per viam denunciationis,
6 nec eſt citandus ſecũdùm Bal. in l. ea quidem, C. de accuſat. qui dicit, quòd poteſt tantum aſſiſtere in iudicio; & in Curia Archiep. ſolet admitti ad aſſiſtẽdum, tamquam fiſco adhærens, vel fiſci
7 coadiutor, & ſolùm admittuntur ad faciendum partem in iudicio, qui habent intereſſe. Vidi etiã admiſſos ad faciendum partem in iudicio Parochianos, contrà Parochum, cuius delicta denunciauerunt; quia eorum intereſt habere bonum paſtorem, Abb. & Felyn. in d. c. ex parte adæ.
8 Sed ſolet dubitari, an denunciator poſſit deſeruire pro teſte in qualibet cauſa, etiam quòd non ſit Sanctæ fidei, vel matrimonialis, iuxtà tradita à nobis ſup. in cap. 23. & 27. & veritas eſt, quòd in qualibet cauſa poteſt eſſe teſtis, aliquibus concurrentibus; nempè, quòd denunciator nullum commodum, laudem, vituperium, & dedecus ſit reportaturus ex denũciatione, & petat correctio fratris, non pœnam ordinariam, vel aliud graue præiudicium denunciato inferri, ità Abbas notabiliter

Digitized by Google

biliter in cap. in omni negotio, de testibus, quem sequitur Aretin. Triuisan. decis. pulchrè. Probant etiam in leuibus denunciatores publici, qui ex necessitate officij denunciant, Abb. vbi sup. Farinac. de testib. q. 60. num. 62. latè.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles clerici non mittuntur ad triremes in Curia Archiep. Neap.*

Limita in crimine falsi. num. 2.

Limita in causis Sanctæ Fidei num. 3.

4 *Clericus, sicut quilibet nobilis non tenetur recanere palinodiam.*

5 *Clerico non potest imponi pœnitentia solemnis; sed publica.*

6 *Clericus, propter honestatem, non debet fustigari extrà Ecclesiam.*

7 *Clericus propter offensam, factam laico non tenetur illi genuflectere.*

8 *Clericis in Curia Archiep. Neap. ictus torturæ non inferuntur in publico.*

CAPVT XXXV.

1 SEruatur in Curia Archiep. Neap. quòd clerici, filij Doctorum, vel aliàs nobiles, non condemnantur ad triremes;

2 sed relegantur; vel carceribus manci-

pan-

Digitized by Google

pantur; vel in exilium mittuntur; aut condemnantur ad miniſtrandum infirmis, in aliquo hoſpitali; id enim debet ſeruare Iudex Eccleſiaſticus; quia poſſent oriri ſcandala, vt dicit notabiliter Abb. in cap. grauem, de pœnis, per illum tex. & nedùm nobiles; ſed etiam populares diuites, & honeſtiores, ad pœnas ignominioſas condemnari non debent, Bart. in l. capitalium, §. ſerui cæſi, ff. de pœnis. Abb. in cap. paſtoralis, de officio Delegat. tradit Dom. Fabius de Anna Iuriſconſultus celeberrimus, Regius Conſiliarius meritiſſimus in ſuo conſil. 34. In crimine verò falſi non habetur ratio nobilitatis, vt contingit in anno 1597. fuit enim condemnatus ad triremes per ſeptennium quidam clericus nobilis, ex quo cum apocis falſis fuerat furatus à banco certam pecuniæ quantitatem, & nobilitas non alleuiat pœnam falſi, Affl. latè deciſ. vlt. Tiraquell. de pœnis, cauſa 21. num. 23. ſic etiam in cauſis Sanctæ Fidei non habetur ratio nobilitatis, Archid. in c. quì contrà, 14. q. 1. Fel. in d. c. paſtoralis, Tiraquell. vbi ſup. nu. 25. & in Curia Archiep. Neap. nobiles, ſiuè clerici, ſiuè laici mittuntur ad triremes pro cauſis Sanctæ Fidei. Conatur autem Curia pro poſſe non condẽnare clericos ignobiles, ad triremes; ſed, ſi habent vnde ſe alant, condẽnat eos ad carceres; nam fideles, & infideles ſolent ſcandalizari, videndo clericos, ma-

Digitized by Google

maximè sacerdotes seruire in triremibus; est .n. magna dignitas clericorum; & proindè clericus, qui alicui crimen falsò obiecit, sufficit, si petat
4 veniam, cap. clericus, 46. dist. non tamen tenetur recanere palinodiam, quemadmodum nec tenetur quilibet alias nobilis Boer. cons. 4. nume. 4. Petrus Placa in epitom. delictorum, lib. 1. cap. 1. num. 24. Ignat. Lopez super cap. 66. praxis Diaz. Quicquid in contrarium dicat ipse Diaz,
5 qui ab alijs reprehenditur. Nec etiam clerico potest imponi pœnitentia solemnis, cap. confirmandum, cap. illud, 50. dist. Pœnitentia verò publica sic, cap. sacerdos, de pœnit. dist. 6. cap. presbyterum 18. dist. Rationem assignat Card. de Turrecrem. in d. cap. confirmandum, facit Concil. Trid. cap. 8. sess. 24. de reformat. & in Curia Archiep. clerici in causa Sanctæ Fidei solent solum abiurare de vehementi in camera Vicarij, vel loco Tribunalis, non in Ecclesia quem-
6 admodum laici. Item clericus, propter honestatem, non debet verberibus cædi, seu fustigari extrà Ecclesiam, sed in Ecclesia, & per clericum, vt dicit Abb. in cap. inter alia, de immut. Eccle-
7 siam. Nec clericus propter offensam factam laico, tenetur illi genuflectere, cùm istud non fieret sine iniuria clericali; sed debet satisfacere rationabiliter, data pecunia, vel petendo veniam, vt dicit Ant. in cap. contingit, il 1. de sententia

ex-

Digitized by Google

excommunicationis, nec in Curia Archiep. clerici afficiuntur ictibus torturæ in publico; & cũ torquere reos clericos existimetur officium viliſſimum, curſores Curiæ Archiep. qui ſunt clerici, id nonfaciunt; ſed laici, ex antiqua conſuetudine, iuxtà notata per Doct. in c. vniuerſitatis de ſenten. excommunic.

SVMMARIVM.

1 *Monitio facta in ſynodo habet uim trinæ monitionis.*
2 *Monitio ſpecialis requiritur ad incurrendam pœnã, à iure impoſitam.*
3 *Monitio contrà concubinarios iuxtà Conc. Trid. cap. 14. ſeſſ. 25. de refor. debet eſſe ſpecialis.*
4 *Monitio non requiritur contra concubinarium notorium.*
5 *Laici concubinarij quomodo puniantur in Cur. Neapolitana?*

CAPVT XXXVI.

1 MOnitio facta in ſynodo habet vim trinæ monitionis Ioan. And. Pet. de Anchar. Ant. in cap. 2. ne clerici, vel monachi, Cepoll. conſ. 11. Clarus §. fin. q. 36. Verùm, quando tra-
2 ctatur de incurrendo pœnam impoſitam à iure poſt

Digitized by Google

post trinam monitionem monitio debet esse specialis in personam facta, iuxtà Glos. in clem. 1. de vita, & honest. clericorum, vbi Card. Imola, Bonif. & alij. Hinc fuit dictum in Curia Neap. quòd
3 monitio contrà clericos concubinarios de qua in Conc. Trid. cap. 14. sess. 25. de reformat. debet esse specialis, & non generalis facta in synodo; & ita etiam declarauit Sacra Congregatio super d.
4 cap. 14. Item fuit dictum in Curia Archiepisc. & obseruatum, quòd monitio non requiritur ad puniendum concubinarium notorium, ex notabili doctrina Abbatis in cap. tua nos, de cohab. clericorum, & mulierum, vbi id dicit, & Conciliũ Tridentinum non loquitur de concubinario notorio, nec etiam prohibet concubinarios puniri alijs pœnis à iure statutis, vt in d. cap. 14. super quo id etiam censuit Sacra Congregatio, & sic fuit exulatus à diœcesi Neapol. per plures annos quidam concubinarius notorius, qui nunquam fuerat monitus, & per nonnullos annos steterat
5 in concubinatu. Item Cur. Archiepisc. procedit contra laicos ad pœnas pecuniarias vltrà censuras, quia Conc. Trid. cap. 8. sess. 24. de reform. matr. non tollit alias pœnas iuris, vt pluriès declarauit Sac. Cõgr. imò posset procedere ad carcerationem, & ad alias pœnas; quia concubinatus est crimen Ecclesiasticum, Abb. in cap. cum sit, nume. 25. de foro compet. & est commnnis

Digitized by Google

opinio, vt dicit Clarus in §. fin. q. 37. & in anno 1589. ex literis Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis de Montealto scriptis nomine Sixti V. fuit iniunctum omnibus Episcopis Regni, quod contra concubinarios procederent, prout Sacri Canones, & Concil. Trident. mandant in quibus literis dicebatur talem fuisse voluntatem Regis Philippi II. significatã per literas directas Proregi Neapol. & quod in procedẽdo Episcopi excluderent omnẽ auaritię suspictionẽ.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest exercere iurisdictionem contentiosam in aliena diœcesi, de consensu diœcesani: & quid Neap. seruetur?*

2 *Episcopus non potest iudicare suum subditum inuitũ in aliena diœcesi.*

3 *Curia Archiep. Neap quando carcerat alienos subditos ad instantiam suorum Episcoporum.*

4 *Episcopus potest resistere delegato, quando non seruat, cap. statuimus, de rescript. in 6.*

CAPVT XXXVII.

1 COmmunis Doctorum opinio est, de qua testatur Abb. in cap. nouit, de officio Legati, quòd Episcopus potest in aliena diœcesi de consensu diœces. exercere iurisdictionem con-

Digitized by Google

contentioſam; & in Curia Archiep. Neap. ſeruatur, quòd, quando Epiſcopi petunt licentiam exercendi iuriſdictionem contentioſam in Ciuitate Neap. concedit eis licentiam, cum clauſula, dummodo fiat ſpecialis mentio dictæ licentiæ in vnoquoq; actu ad remouendum præiudicium, q̃ oriri poſſet ex dicto exercitio. Eſt tamen notandum, quòd dicta licentia non præiudicat ſubditis Epiſcopi, petentis, qui, niſi conſentiant, non poſſunt iudicari in aliena diœceſi; & ſi fuerint citati, non tenentur comparere; ità Ioan. And. in add. ad ſpeculat. in tit. de citatione. §. contrà citationem, verſ. item, quòd Iudex, Soc. de citat. art. 18. q. 2. & eſt communis, vt dicit Abb. in d. cap. nouit; ſi enim Delegatus Papæ extrà diœceſim non poteſt inuitis partibus ius dicere, cap. ſta tutum, §. in nullo quoque, de reſcript. in 6. tantò minus Ordinarius, idem tenet Gloſſ. in cap. vt litigantes, de officio Ordinar. in 6. & in clement. vnica, de foro compet. in verb. indulgemus. Item ſeruat ipſa Curia Archiep. Neap. quòd non carcerat alienos ſubditos, ad requiſitionem ſuorum Epiſcoporum; niſi in literis requiſitorijs exprimatur, informationem delicti eſſe captam, & decretum procedendum eſſe ad carcerationem, prout de conſuetudine alibi à Iudicibus requiſitis ſeruatur; quamuis de iure poſſet etiam videre proceſſum; & poſteà carcerare, vt probat, & te-

2

Digitized by Google

ſtatur Rebuff. de liter. requiſit. 2. to. cõſt. Foller. in conſtit. Regni, Capinateorum, nu. 86. nec ẽt tenetur Epiſcopus affigere cedulones; ſeù denũciare excommunicatos ab alijs Epiſcopis; aut ipſorum ſententiam exequi, quando notoriæ ſunt iniuſtæ, iuxtà Gloſſ. Bonif. Anchar. & alios in
4 clementina vnica, de foro competet. Eſt etiam menti tenendum, quòd, licèt Epiſcopus teneatur exequi ſententiam Delegati à Papa, etiam iniuſtã, quando, poſt monitionem Delegatus non vult acquieſcere, cap. paſtoralis, de officio Deleg. tamen, ſi Delegatus procedit notoriè de facto, contrà formam cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. poteſt Ordinarius loci ei de facto reſiſtere, ità notabiliter Io. Andr. in c. d. ſtatutum, §. final. quem ſequitur Franch. Nauar. in cap. cùm contingat, de reſcript. remedio 4. num. 25. & cautela eſt, quòd faciat prius proteſtationem, & poſteà poterit de facto reſiſtere.

SVMMARIVM.

1 *Clericus poteſt ſe obligare ad ammiſſionem ordinis.*
2 *Clericus poteſt ſe obligare ad ammiſſionem beneficij.*
3 *Clericus non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem, & ſic nec ad pœnam triremium.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXXVIII.

SEruatur in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, quòd aliquando Archiepiſ. facit gratiam pœnę impoſitæ, exilij, carceris, vel ſimilis aliquibus clericis, conſtitutis in minoribus, condemnatis per Curiã, hac lege, dõmodo ipſi clerici prius dimittant habitũ clericalem, & cũ iuramento ſe obligent ad illũ non reaſſumendum, & hoc, vt timore Curiæ ſecularis magis abſtineant à delictis, cum non gaudeant priuilegio fori, ob non delationem habitus clericalis, iuxtà Concil. Trid. de reform. ſeſſ. 23. cap. 6. de qua obligatione vidi dubitari; ſed in cõtrarium eſt veritas; ſiquidem clericus poteſt ſe obligare ad ammiſſionem ordinis, c. quotiens, 1. q. 7. vbi omnes Gloſ. in cap. cùm dilectus, de electione, Fel. in c. contingit, el 1. de ſententia excommunicationis, Sic etiam poteſt ſe obligare ad ammiſſionem beneficij conſentiente ſuperiore d. c. cùm dilectus, vbi Gloſ. Abb. & alij, & aliquando Curia Neap. in ſententia comminatur pœnam priuationis habitus clericalis in caſu iterationis delicti; non tamèn poteſt clericus ſe obligare ad pœnam corporalem iuxtà Fel. latè in d. c. contingit, in quo textu id optimè probatur, & ex hoc inoleuit praxis

Digitized by Google

praxis Curiæ Archiep. quòd clerici condemnati in exilium, non se obligant ad pœnã triremiũ, in casu fracturæ exilij; sed in eadem sententia condemnantur ex nunc, prout ex tunc ad triremes in casu non obseruantiæ exilij. Non obstat, q̃ aliqui dicunt, quòd potest quis se obligare ad præstandum operas suas; quia talis præstatio operarum in clerico non est sine dedecore totius ordinis clericalis arg. textus in d. cap. contingit.

SVMMARIVM.

Purgatio canonica an possit indici, quando contra inquisitum adsunt inditia sufficientia ad torturam.

CAPVT XXXIX.

1 IVit dubitatum in Curia Archiepis. an reo inquisito possit indici purgatio canonica, quando contrà ipsum adsunt inditia, sufficientia ad torturam, vel sit inferenda tortura; & de iure videtur verior opinio, quòd possit indici canonica purgatio, per textum in c. inter solicitudines, de purgat. canonica, vbi dicitur, q̃ propter solam vehementẽ suspitionem põt indici canonica purgatio, & vehemens suspitio est sufficiens inditium ad torturam, Card. in clem. 1. §. sane,

Digitized by Google

ſane, q.22. de vſuris, Albert. de agnoſcend. aſſertionibus hęreticorum, q.36. in fin. Symanchas de Catholicis inſtit. tit. 65. num. 52. Pegna in 3. par. director. inquiſitorũ ſuper q.61. ibi ſi quis. Ergo ſcienter; eſt .n. vehemens ſuſpitio, quæ oritur ex grauibus inditijs, & animum Iudicis inclinat in vnam partem, cum aliquali, vel modica dubitatione, vt per Menochium de præſumpt, lib. 1. q. 7. Farinac. de inditijs ad torturam, q.36. nu. 181. Contrariam opinionem tenet Petrus Follerius in pratica canonica, in verſ. & ſi nec confeſſi, aut conuicti, num. 8. dicens non eſſe deueniendum ad purgationem Canonicam, quando adſunt inditia ad torturam; ſed reum debere torqueri, & Card. vbi ſuprà dicit vehementèr ſuſpectum, antequã ſe purget, debere prius torqueri, quem ſequitur Franch. Squillacenſis, in tractatu de Fide Catholica, cap. 31. num. 1. Prima opinio videtur de iure verior; ſed ſecunda tutior, ad inueniendum, & puniendum delicta, & euitandam compurgatorum falſam depoſitionem, quæ iſtis temporibus faciliter fieri poſſet. Et cum hic caſus accidiſſet in Curia Archiepiſ. maior pars Dominorum Congregationis dictæ Curiæ inclinauit, quòd, ſi adeſſent inditia, ſufficientia ad torturam, non indiceretur purgatio; ſed erat dubium de inditijs, poſteà cauſa alium finẽ accepit; quia inquiſitus obtinuit gratiã ab Illuſtriſſ. & Reuer. D. Arch.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Magistri Ecclesiarum laici, quam potestatem habent in Ecclesiis?
2 Administratio Ecclesiæ triplex; & quæ competat laicis.
3 Laici magistri Ecclesiarum non possunt præesse Ecclesiis, nec clericis, nec se impedire de spiritualibus.
4 An possint deputare ministros Ecclesiæ?
5 An expellere presbyteros?
6 An possint esse œconomi?
7 An procuratores ad vendendum bona Ecclesiæ?
8 An collectores obuentionum spiritualium?
9 An possint oblationes accipere de Altari, & esse custodes Altaris?
10 An esse operarij fabricæ Ecclesiæ?
11 An possint habere loculos, siue capsas, pro excipiendis eleæmosinis?
12 Capsæ pro colligendis eleemosinis quando retineri possint.
13 Laicis an possit per Episcopum prohiberi quærere eleæmosinas, & quando?
14 Laici magistri Eccles. an possint congregare artifices in Ecclesiis?
15 An possint facere processiones sine licentia Episcopi.
16 An disponere de mortuarijs.
An concedere aliis in Ecclesiis, Cappellas, Altaria, sepulcra, ibidem.

17 Con-

Digitized by Google

17 Concessa Cappella cum iure patronatus, an intelligatur concessum ius funerandi.

18 Sepulchra, & capellæ quomodo vendantur.

19 Sepeliri cum maiori pompa, vel meliori cruce, vel in meliori loco Ecclesiæ, non est spirituale, & potest pro eo aliquid accipi.

20 Ecclesia an possit uendi ratione materiæ?

21 Calices consecrati, reliquiæ, & vestes sacræ possunt vendi ratione materiæ, & quando.

22 Laici an possint habere aliquod ius in Ecclesia, in sedibus, vel banchis?

23 Sepulchrum vnius familiæ, an possit aliis concedi, & instantiis omnibus de prima familia.

24 Magistri Ecclesiarum laici excommunicatur per Curiam Neap si non præstant eleamosinam Prædicat.

25 Episcopus potest compellere laicos ad Hospitalitatem, eleamosinam, & alia opera pietatis.

26 Episcopus potest compellere censuris laicos ad vendendum frumentum, tempore caristiæ.

27 Episcopus est exequtor canonum, & Conc. Trid. & potest non obseruantes canones excommunicare.

CAPVT XXXX.

QVoniam in Curia Archiepis. persæpè audiuntur quærelæ, contrà laicos, magistros Ecclesiarum, qui tamquam earum domini attentant facerè, quæ eis minimè competunt, vtile iudicaui eorum po-

Digitized by Google

testatem, iuxtà sacrorum canonum dispositionẽ
1 breuiter enarrare. Sciendum enim, quòd laici, etiam religiosi nullam habent de iure facultatẽ disponendi de rebus Ecclesiasticis, siue in temporalibus, siue in spiritualibus, cap. benè, & ibi gloss. latè 96. distin. cap. non placuit, cap. laicis. & seqq. 16. q. 7. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constit. c. cùm laicis, de reb. Ecclesiæ non alien. c. decernimus, vbi Doctor. latissimè de iudicijs. Dicit tamen Archid. in d. c. bene, 16. q. 7. triplicem esse administrationem rerum Ecclesia-
2 rum authorizabilem, quæ est solius Episcopi; ministerialem clericorum; prouidentialem verò, seu sollicitudinis competere posse laicis; quod dictum alij sequuntur, præsertim Butr. & Abb. in d. cap. decernimus; vtque ad particularia descendamus; Primò laici non possunt constitui, vt
3 præsint Eccles. vel clericis; vel se impediant de spiritualibus, Antonius, Abb. Fel. Dec. in d. cap. decernimus; & licèt secundum Abb. ibi cura omnium temporalium possit demãdari laicis, nõ tamen, vt administrẽt nomine proprio; vel tamquam ius habẽtes; nec principaliter; nec ministe-
4 rialiter, ut Abb. dicit ibi in 1. notab. Secundò laici non possunt deputare ministros in Ecclesia; sed Episcopus, Innoc. in cap. cùm venerabilis, in fine. de except. & ibi alij; & in Curia Archiepis. nullus clericus potest adscribi seruitio Ecclesiæ,

in

Digitized by Google

in qua sunt magistri laici, sine licentia Curiæ Archiep. sub censuris. Tertiò laici non possunt expellere presbyteros ab Ecclesijs, c. contrà sanctorum, cap. laici, c. inuentum est 16. q. 7. Quartò laici non possunt esse œconomi; nec administratores generales, & vniuersales Ecclesiæ; vt super Ecclesias, clericos, vel alia spiritualia potestatem habeant; particulares verò, & speciales œconomi, sindici, vel procuratores constitui posse, Ant. de Butr. post alios, notab. in d. c. decernimus; dicit tamen ibi Abb. quòd posset eis committi cura omnium temporalium, cùm ex hoc non præsint Ecclesijs, vel clericis, nec impediant se de spiritualibus. Quintò laici non possunt cõstituiprocuratores ad vendendum bona Ecclesiæ, Butrius vbi suprà; dicit tamen Abb. quòd potest constitui procurator ad vendendum vnã rem tantùm, non generaliter, sequitur Dec. ibidem, num. 110. qui addit, dummodo constituatur ad vendendum cum certo, & limitato prœcio; quia tunc videtur simplex exequtor; secus, si simpliciter constituatur, & quòd procurator constitutus ad vendendum bona Ecclesiæ, non videtur habere mandatum specialiter; nisi bona Ecclesiæ specificata sint. Sextò, secundum Butrium vbi suprà, non potest laicus deputari collector obuentionum spiritualium, pro quo facit tex. in cap. sanctorum, in cap. hanc consuetudi-

Digitized by Google

nem, 10.q.1. contrarium tenet Abb. ibi sequitur Decius num. 116. vbi dicit non obstare dicta iura; quia in illis prohibetur, nè oblationes sint in dominio laicorum, & nè in ipsorum vtilitatem conuertantur; secùs, si nomine Rectoris Eccle-siæ à laicis recipiantur, vt in vtilitatem Ecclesiæ & clericorum conuertantur; non tamen debent
9 laici oblationes, positas in altari accipere, quamuis possint esse custodes altaris, Decius vbi sup. post Archid. & Domin. in d. cap. sanctorum 10. q.1. Septimò laici non possunt deputari operarij fabricæ Ecclesiarnm, Butrius vbi suprà nu. 6. in
10 quo, & si Abb. Fel. & Dec. videantur contradicere; tamen illud fatentur, quòd, quando cum officio fabricæ habent etiam præheminentiam super clericos, & habent potestatem distribuendi redditus inter clericos, & percipiendi, vt dicit Abb. esse in Ciuitate Senarum, tunc tale officiū non potest concedi laicis, citrà authoritatem Pa-
11 pæ. Octauò, laici non possunt habere loculos, pro recipiēdis eleæmosinis in Ecclesijs, cùm oblationes debeant cedere ad vsum, & substentationem clericorum, & sacerdotum, tex. clari in cap. quia sacerdotes, cap. sanctorum, cap. hanc consuetudinem, 10.q.1. quinimò, nec clerici debent retinere capsas pro eleæmosinis recipien-
12 dis, si scandalum generent, arg. cap. secundi. de custod. Euchariſt. nempè, si cum reliquijs sup-

per-

perpositis, vel cartis indulgentiarum; quod pro-
13 hibetur in Ecclesijs Ciuitatis Neap. Nonò, lai-
cis non debet permitti in Ecclesia, vel extrà Ci-
uitatem quærere eleæmosinas, pro aliqua causa
nisi maturè cognita per Episc. l. vnica, C. de men-
dicāt. valid. lib. 11. vbi Io. de Platea, extendit ad
clericos mendicantes, & alia pia loca, respectu
quorum non ad Iudicem sæcularem, vt in Gloss.
ibi; sed ad Ecclesiasticum cognitio spectat, Bar.
in d. l. vnica, facit; quia mendicatio istorum, si-
ne causa, & necessitate concernit materiam pec-
cati mortalis, ex subtractione, quæ inde resul-
tat, ijs, qui verè indigent, cap. pastor 1. q. 2. Lu-
cas de Penna ibid. & Neapoli excommunican-
tur ipso facto quærentes eleæmosinam pro alijs,
14 sine licentia Curiæ. Decimò, laici non habent fa-
cultatem congregandi artifices in Ecclesijs, tex-
tus est in cap. decet de immun. Eccles. in 6. vbi
15 Doctor. Vndecimò, laici non possunt facere pro-
cessiones, quia sunt spiritualia, iuxtà supra dicta,
& est tex. in auth. sed nouo iure, §. laicis, C. de
16 Episc. & cler. Duodecimò, non possunt prædi-
cti magistri laici disponere super mortuarijs, quæ
annexa sunt spiritualibus, Abb. in cap. cùm lai-
cis, de reb Eccl. non alien. num. 5. & proinde non
possunt concedere capellas cum sepulchris, &
iure funerandi, cùm sit spiritualitati annexum,
iuxtà omnes in cap. quanto, de Iudic. & quia in

tali

Digitized by Google

tali concessione fit quædam trãslatio iurium Ecclesiæ, vt notat Nauar. in cons. 1. de sepul. qui licèt loquatur in concessione sepulturæ, eius rationes militant etiam in cõcessione capellarum; sed sepulchrum cum iure funerandi à solo Episcopo concedi debet, Abb. in cap. abolendæ, de sepult. quinimò concessa Ecclesia, vel Cappella, ab Episcopo non intelligitur concessum ius fune
17 randi, nisi expressè fuerit concessum, Archid. in cap. 1. de pactis in 6. Bonif. in clem. dudum, §. huiusmodi num. 11. de sepult. Rota verò diuersorum, parte 1. decis. 222. & 223. concludit sufficere licentiam tacitam construendi sepulchrũ, quæ colligitur, quando illud est in loco patenti, & Episcopus non contradicit, & tantòmagis, quando Episcopus visitauit capellam; & prædicta faciunt pro capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ, quòd habet priuilegium sepeliendi omnes mortuos Ciuit. & Diœces. qui non elegerint sepulturam; nisi habeant proprium sepulchrum, vel maiorum; nam, si quis haberet concessionẽ capellæ, etiam cum iure patronatus, non potest in ea sepeliri; nisi expressè fuerit ab Episcopo ei
18 concessum ius sepeliendi. Sed hic obiter quæro, quomodo sepulchra cũ capellis vendantur alijs, vt passim fieri solet, de quo vidi dubitari in Curia Archiepiscopali; non enim possunt vendi ratione iuris funerandi, quod est spiritualitati annexum,

Digitized by Google

xum, vt suprà dixi; nec ratione terræ cimiteriatæ, quauis consuetudine non obstante d. c. abolendæ, de sepult. Doctor. dicunt, quòd possint vendi; seu aliquid accipi ratione situs, & dignioris loci, quod non vr, quid spirituale, nec necessarium ad sepulturam; considerant enim quædã esse necessaria ad sepulturam, nempè, terra cimiteriata, deputata authoritate Episcopi; officium, quòd circà funus impenditur; & ista vendi non possunt; quædam verò non sunt necessaria ad sepulturam, nempè, quòd cum maiori pompa sepeliatur; vel cum meliori cruce; vel non in fouea cõi; sed in meliori loco, & situ Ecclesiæ; & ista non videtur spiritualia, & successiuè aliquid pro eis accipi potest; maximè ex consuetud. ità dicũt Petrus de Aragonia super diuo Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. Sotus de iust. & iure lib. 9. q. 7 art. 1.

20 Decimò tertiò non possunt laici artifices, quãdo relinquunt Ecclesias, sibi concessas, concedẽdas alijs artificibus, aliquid accipere ratione materiæ dictæ Ecclesiæ, quàm suis impensis construxerant; siquidem, licèt calices, & alia vasa sacra, ratione materiæ vendi possint in necessitate, cap. aurum 12. q. 2. & si vendantur Ecclesiæ non cõfracta, & si laico confracta, d. cap. aurum; nisi laicus vellet illis vti ad vsum Ecclesiæ; quia poterunt illi vendi non confracta, Syl. in verbo simonia, §. 12. & eadem ratione possunt vendi reliquiæ,

Digitized by Google

quiæ, ratione materiæ metalli, & veſtes ſacræ Syl. ibidem, & idem de vaſe ligneo, vel lapideo, deputato authoritate Epiſcopi pro ſepultura dicit Abb. in d. cap. abolendæ; tamen Eccleſia cõſecrata, vel benedicta ratione materiæ nullo modo vendi poteſt, cap. ea enim, §. hoc ius correctũ, 10. q. 2. Archid. Gemin. Præpoſ. & omnes in d. c. aurum, qui aſſignant plures rationes diuerſitatis inter Eccleſiam, & alia vaſa ſacra, & aliqui dicũt rationem eſſe occultam.

22 Decimò quartò non poſſunt laici habere aliquod ius in Eccleſijs, in ſedibus, vel banchis inuito Epiſcopo; ſed ex gratia hoc ſibi permittitur, ſicut ius patronatus, & ius funerandi, Abb. in d. c. abolendæ; quinimò Epiſc. qui conceſſit ius funerandi, põt concedere, quod vnus ſepeliatur in ſepulchro alterius, ex iuſtà cauſa, Archid. in cap. præcipiendũ 13 q. 2. Syl. in verbo ſepultura, §. 3.

23 Decimò quintò etiamſi magiſtri laici haberẽt priuilegium à Papa concedendi ſepulchra cum capellis, & iure funerandi pro ſe, & ſuis, non poſſunt ſepulchrum familiæ vnius, exſtinctis omnibus de familia illius, alteri concedere, prout latè probat Lambertinus de iure patro. artic. 5. q. princ. 3. lib.

24 Decimò ſextò, ſeruatur in Curia Archiep. q laici magiſtri Eccleſiarum, qui adminiſtrant bona Eccleſiæ, & de redditibus Eccleſię nolunt

ſoluere

Digitized by Google

ſoluere mercedem prędicatori, excommunicā-
tur ab ead. Curia Archiep. donec mercedem de
redditibus Eccleſię ſoluant; & ità fuit obſeruā-
tum in anno 1600. cum quodā magiſtro Eccle-
ſię Spiritus ſancti, huius Ciuitatis Neap. Pro qua
excommunicatione lata, (vltrà alia) fuit conſi-
deratum, quòd, licèt laici tolerentur in admini-
ſtratione Eccleſiarum; primus tamen, ac prę-
cipuus adminiſtrator, & diſpēſator reddituum Ec-
cleſiarum eſt Epiſcopus, Archid. in d. cap. laicis,
16. q. 7. cap. præter hæc 32. diſt. cap. in canoni-
bus, c. in ſacris, & c. ſimiliter, 16. q. 1. cap. de ze-
nodochijs., de relig. domib. & cùm dictus magi-
ſter, qui pecuniam Eccleſiæ conſeruabat, noluiſ-
ſet ad mandatum Epiſcopi ſoluere mercedē prę-
dicatori, impediuit diſpenſationem Epiſcopi; &
ſic potuit excommunicari, cap. dilecto, de ſen-
tentia excommunicationis in 6. Secundo facit, q;
Epiſcopus habet iuriſdictionē in laicos in concer
nentibus pietatem, & officium charitatis, & hu-
manitatis, ad quæ poteſt eos compellere cenſu-
ris, nempè, ad hoſpitalitatem, vel ad dandā eleæ-
moſinam, prout in iſto caſu, Ant. Abb. Imol. &
communis in cap. 1. de empt. & vend. Aufrerius
in clem. 1. de off. Ordinarij, de poteſtate Eccle-
ſiæ ſuper laicos, num. 3. vbi dicit, quòd hac de
cauſa, poteſt Epiſcopus compellere cenſuris lai-
cos, ad vendendum frumentum tempore care-

Digitized by Google

ſtiæ; facit etiam, quòd à tempore fundationis dictæ Eccleſiæ fuit ſolitum prædicari verbum Dei, & præſtari eleæmoſynam prædicatori de eiuſdem Eccleſiæ redditibus; & eleæmoſyna eſt præſtanda ab ijs, qui tenentur, vel ſolēt, d. Conc.
27 Trid. c. 4. ſeſſ. 24. de refor. & Epiſcopus eſt exequtor Conc. Trid. ſicut & aliorum canonum, & poteſt tranſgreſſores punire, clem. 1. de ætat. & qualit. Rot. in nouis deciſ. 54. Card. & Anchar. in clem. 2. de pœnis, idem Anchar. in d. clem. 1. de ætat. & qualit. Bonifac. in clem. præſenti, de cenſib. nu. 51. & probatur in ſupradictis clement. 2. & præſenti, & in cap. 1. 18. diſt. habetur clarè in bulla Pij V. ſuper confirmat. Conc. Trid. quæ incipit, Benedictus Deus, & ſic pro exequtione decretorum Concilij, potuit iuſtè excommunicare. Ex prædictis clarè patet, quæ ſit poteſtas iſtorum magiſtrorum laicorum ſuper Eccleſijs, quidq; Epiſcopus illis concedere poſſit; dummodo non habeant priuilegium à Papa, cuius tenor inſpiciendus eſt, cap. porrò, de priuileg. nec immemorabilis quaſi poſſeſſio ſuffragatur laicis incapacibus ſpiritualium, Abb. in cap. quanto, de conſuet. & liquet ex his, quòd laici non poſſunt ordinare aliquid circà celebrationem Miſſarum inſtitutionē, vel deſtitutionem clericorum, nec de alijs ſpiritualibus ſe intromittere, & tantò minus clericis imperare, quibus obſequendi tenet

eos

Digitized by Google

eos necessitas, cap. non placuit, 16. quæst. 7.

SVMMARIVM.

1 Clericus, pro iniuria sibi illata, potest agere contrà laicos, cum protestatione, citrà pœnam sanguinis.

2 Et quid, si certò sciat secuturam mortem?

3 Clericus in Ciuitate Neap. & Prouinc. non potest agere causas proprias, vel alienas; etiam in casibus à iure promissis, sine licentia Curiæ.

4 Clericus, an possit agere causas alienas, cum protestatione, citrà pœnam sanguinis?

5 Clericus, an possit agere cum protestatione, citra pœnam sanguinis, contrà interfectorem fratris, & aliorum propinquorum?

6 Clericus, cum protestatione, citrà pœnam sanguinis potest denunciare delicta, tendentia in Reipublicæ, vel graue damnum priuatæ personæ.

7 Vel si reum in fragranti crimine reperiat.

8 Et an pro iniuria facta Ecclesiæ?

9 Clericus, agens contrà laicum, cum protestatione, citrà pœnam sanguinis, si habeat in animo, quòd reus moriatur: secuta morte, vel mutilatione, efficitur irregularis.

10 Episcopus, an possit, & debeat concedere Iudici laico, vt exhumet ab Ecclesia cadauer occisi, ad finem capiendi informationem delicti in genere.

11 Episcopus, requisitus à Curia seculari, vt dicat, si ta-

Digitized by Google

lis inquisitus, & carceratus in eadem Curia sit clericus vel ne, potest id liberè dicere.

CAPVT XXXXI.

1 DE iure, clericus, pro iniuria sibi illata, potest agere criminaliter contrà laicum, cum protestatione, ꝙ puniatur citrà pœnam sanguinis, c. Prælatis, de homic. in 6. etiã si certò sciat, Iudicem secularem processurum ad pœnam sanguinis, vt omnes ibi dicunt: & quia clerici, pluries sub prætextu agẽdi causas proprias, vel alienas, in casibus à iure permissis, nempe, Ecclesiæ, propinquorum, & miserabilium personarum, agunt causas alienas, in alijs casibus nõ permissis, Conc. Prouinc. Neap. cap. 22. de vita, & honest. cler. statuit, quòd in Ciuit. & Prouinc. Neap. nullus clericus possit, in iudicio seculari, in quacumq; causa agere, procurare, & patrocinari, etiam in casibus à Iure permissis, sine licentia ordinarij, in scriptis obtenta, quæ non potest denegari, in casibus à iure permissis; sed fit ad cognoscendum causam, an sit concedenda, fuit dubitatũ, in Curia Archiepisc. an possit concedi licentia Clerico agendi in iudicio seculari, cõtrà interfectorem fratris, cum protestatione, citrà pœnam sanguinis? & videbatur, quòd non;

2

3

quia

quia tex. in d. cap. Prælatis, concedit licentiam clerico agendi cum dicta proteſtatione, contrà malefactores ſuos, & non dicit ſuorum; & proinde omnes Doct. ibi communiter concludunt, q̃ dicta proteſtatio non ſuffragatur agentibus cauſas alienas, nec teſti, nec Aduocato, nec Iudici, 4 latè Couar. in clem. ſi furioſi, de homicid. 2. par. §. 5. niſi, vt dicit Franch. in d. cap. Prælatis, ſui eſſent ſerui, vel ancillæ, quia veniunt appellatione bonorum, pro quorum recuperatione licet agere, cum proteſtatione. Idem in materia irregularitatis, tenent Gloſſ. Card. Imol. Bonif. in d. clem. ſi furioſi, concludentes, occidentem aliquem pro defenſione parentum, effici irregularem; cùm dicta clem. dicat, licere ex cauſa defenſionis occidere ſuũ inuaſorem, non ſuorum. Contrarium fuit ſeruatum in Curia Archiepiſc. Neap. & bene; ſiquidem iniuria facta vni, cen- 5 ſetur facta omnibus de familia, Bart. in l. lex cornelia, ff. de iniur. Bald. in l. 1. C. de rapt. virg. 5. notab. Ant. de Butrio, & Fel. in cap. cum oporteat, de accuſat. Et dicitur tractari de proprio intereſſe, quando iniuria eſt communis; ex quo illata eſt vni de familia, Dec. in conſ. 133. num. 4. Grammat. deciſ. 23. latè, & ſucceſſiuè licèt agere pro morte fratris, tamquam pro iniuria propria ſibi illata. Idem tenet Nauar. de iniurijs, & damno dato, conſ. 3. vbi concludit, patrem cle-

ricum

Digitized by Google

ricum posse agere contrà interfectorem filij, cum protestatione prædicta. Idem Couar. in dicto §. 5. num. 4. ibi, aut saltem suis, & propinquis; & ex his patet responsio ad contraria, cùm malefactores propinquorũ dicantur eius malefactores. Po-
6 test etiam Clericus, cum prædicta protestatione, denunciare aliquod delictum, tẽdens in Reipublicæ pernicem; vel ad euitandum periculum imminens contrà priuatum. Nauar. in cap. inter verba, 11. q. 3. coroll. 57. Couar. vbi suprà. Potest pariter vti protestatione, non solùm, quando
7 accusat, vel denunciat; sed etiam, si reum in fragranti crimine reperierit, capiat, & iudici tradat. Franc. vbi sup. Socin. in cap. ad audientiam, de
8 homicidio; non tamen pro iniuria facta Ecclesię, iuxtà Abb. in c. cum P. Manconella, de accusat. quem intelligo, dummodo non redundet in damnum clerici, vt furtum. Notandum ẽt, q clericus agens cum protestatione prædicta, si habet in
9 animo, quòd reus moriatur, secuta morte, vel mutilatione, irregularitatis notam non euadit, iuxtà veriorem opinionem Ioan. Andr. Domin. Franch. in d. cap. Prælatis, Nauar. in cap. 27. num. 226. nec obstat, quòd sola voluntate irregularitas non contrahatur; quia cum voluntate concurrit querimonia, & accusatio exterior, & dicta protestatio mendax, & fallax est, nec talis, qualem ius canonicum requirit, ad irregularita-

tis

tis labem euitandam, sequitur Ignatius, Lopez, super c. 98. praxis Diaz. Sed aliud dubium pulchrum est, quod in Regno euenire solet, an Epis-
10 copus possit, & debeat concedere licentiam Iudici laico exhumandi corpus occisi ab Ecclesia, ad finem capiendi informationem delicti in genere? Veritas est, quòd potest id concedere, absq; metu irregularitatis; siquidem, ad incurrendam hanc irregularitatem, quæ inducitur ex defectu perfectæ lenitatis, requiritur, quòd actus, quisit, sit causa proxima, directa in mortem, vel mutilationem; non causa remota, Nauar. cap. 27. nu. 211. Sotus de iust. & iure, lib. 5. q. 1. art. 7. Couar. vbi suprà, §. 5. Henriquez, de irregular. cap. 12. §. 8. & actus ostendendi cadauer occisi, est remotissimus, & suapte natura, non directus in mortem, vel mutilationem; eò magis, quòd Episcopus nihil operatur; sed tantum permittit exhumari corpus, & capi informationem, & non omnis causa, sine qua non, dicitur principalis, vt latè tradit Nauar. in cons. 19. de homicid. consil. 16. de simon. & ità fuit statutum in Concil. Prouinc. Mediolan. 5. in tit. de Ecclesijs, & eorum cultu, vbi statuitur, nè occisorum cadauera à Iudicibus, vel notarijs maleficiorum in Ecclesijs ullo modo inspiciantur; sed eò illata exportentur; & huiusmodi inquisitiones, & omnia, quæ ad cædis cognitionem pertinẽt, à sacris locis reij-

cian-

Digitized by Google

ciantur. Quapropter, cùm possit Episcopus id concedere, dicendum est, quòd omninò id facere debeat; nam sicut Iudex Laicus tenetur Episcopi iurisdictionem adiuuare, & eius brachium illi præstare, cap. 1. de officio Ordinar. sic Episcopus tenetur præstare brachium Iudici laico; aliàs ad Metropolitanum appellari posset, iuxtà Innoc. & communem in d. cap. 1. Equidem malè faceret Episcopus, qui id denegaret, cùm præomnibus desiderare debeat, delicta puniri; & Ciuitatem malis hominibus expurgari, cap. vt famæ, de sententia excommunicationis. Iudex vero laicus, sine licentia Episcopi, exhumare præsumens, debet excommunicari, cùm nullam in Ecclesia exercere possit iurisdictionem, cap. decet, vbi omnes, de immun. Ecclesiarum in 6. & ex prædictis de causa proxima, vel remota, fuit resolutum in Curia, quòd posset concedi Curiæ seculari copia sententiæ depositionis, siue degradationis verbalis, & renunciationis habitus cleri-
11 calis cuiusdam clerici, inquisiti de homicidio in Curia seculari, allegantis se esse clericum. Curia verò secularis negabat clericum ob prædictam depositionẽ, & renunciationem; siquidem, quòd aliquis sit, vel non sit clericus, non est causa propinqua mortis, facit tex. in cap. si Iudex laicus, de sententia excommunicationis, in 6. vbi ad Episcopum spectat cognoscere, si aliquis est, vel

non

Digitized by Google

non est clericus, sine aliqua limitatione, an sequatur postea mors, vel ne.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, contra laicos, deponere non possunt, limita pluribus modis.*
2 *Et an super delicto in genere?*
3 *An ad repulsam; & an super negatiua num. 5.*
4 *An licētia Episcopi sit necessaria in casibus permissis.*
5 *Et quando non requiratur licentia?*
6 *Clerici an possint cogi deponere, in iudicio seculari, & quando.*
7 *Licentia quomodo concedenda clericis, vt deponant coram Iudice laico.*

CAPVT XXXXII.

SAepè in Curia Archiepiscopali petitur licentia examinandi clericos in iudicio seculari; propterea sciēdam regulam esse, clericos contra laicos non esse in testes recipiendos, cap. testimonium, 11. q. 1. vbi Archid. & alij. Declaratur primò, in ciuilibus, Archid. in cap. testimonium. Declara secundò, in causis criminalibus ad defensionem; nisi veniret imponenda pęna talionis, Felin. in cap. de cęte-

1

Digitized by Google

ro, de testib. aut in crimine Ecclesiastico coram Ecclesiastico. Declara 3. vt possit etiam in crimine contrà laicum in iudicio seculari, vbi non venit imponenda pœna sanguinis; sed agitur ciuiliter, vel ad pœnam carcerationis; & similes, Archid. in d. cap. testimonium, Abb. & Fel. in d. cap. de cætero, in defectum tamen aliorum, vt ibi dicit Abbas; sed fuit dubitatum in Curia Archiep. an posset concedi licentia clerico deponendi in iudicio seculari, contrà laicum, quando 2
venit imponenda pœna sanguinis, super delicto in genere tantùm, cùm veritas per alios haberi non posset. Videbatur, quòd sic, ex notatis per Ferdin. Garziam in cons. crim. diuers. 122. vbi dicit, posse clericum examinari, contrà laicum, super aliquo actu, remoto à maleficio; licèt ex eo, maleficiũ inferatur; quia attendi debet, quod principaliter agitur, non quòd in consequentiam, l. si quis nec causam, ff. si certum petatur, & ponit exemplum in clerico testificante super recognitione hominis, faciunt adducta per nos in præcedenti cap. & delictum in genere videtur causa remota, non proxima; Contrarium fuit resolutum per Curiam, & fuit denegata licentia, cùm in Curia seculari procederetur criminaliter contrà quemdam furem, & aderant plura indicia, solùm desiderabatur probatio delicti in genere, ex quibus videbatur clericum esse causam propinquã,

&

Digitized by Google

& non remotam mortis. Et contrà Garsiam tenet etiam Prosper Farinac. de testib. q. 61. num.
3 73. Aliud est dubium, an possit clericus testificari in iudicio seculari ad repulsam, Carauita super ritu Magnæ Curię Vicariæ 144. & Farinac. vbi suprà, distinguunt, quòd, aut repulsa concernit infamiam testium, & non debet deponere, facit c. 1. cum seqq. 5. q. 1. aut non concernit infamiam, nempè, si probetur, quòd testes sunt consanguinei, vel amici accusatoris; aut inimici in-
4 quisiti; & tunc secus; In omnibus verò casibus, in quibus clerici possunt deponere, coràm Iudice laico requiritur licentia Episcopi, Archid. in cap. quamquam 14. q. 2. non tamen requiritur ex consuetudine, quando clerici assumuntur in testes in instrumentis, & quibuscumque contractibus, Farinac. vbi suprà latè. Nec obstat tex. in cap. super prudentia. 14. q. 2. siquidem procedit potius de honestate, quàm de necessitate, vt dicit Felyn. in d. cap. cùm Nuncius, Carauit. vbi suprà. Si verò clericus, deponeret coràm laico, sine licentia Episcopi valeret eius testimonium; Abb. in d. cap. cum nuncius, & ibi Aret. & Fely.
5 qui limitat in regulari, cum non habeat velle, nec nolle, nec etiam requiritur licentia tempore pestis; vel, quando examinaretur idem superior, vel Prælatus, qui alijs concedit licentiam examinandi; aut, si clericus insimul, cum suo superiore

Digitized by Google

examinaretur; quos casus congerit Farinac. vbi suprà, num. 85. neque in Curia Archiepiscopali conceditur licentia deponendi clerico, super negatiua, propter suspictionem falsitatis, Abb. in c. cum Ecclesia sutrina de causa possessio. & propriet. Boss. de defensio. reor. num. 34. Clar. in §. falsum, num. 9. si tamen esset coarctata loco, & tempore cessat suspictio falsi, Abb. vbi suprà, & clericus, tam in causa criminali, quam in causa ciuili non potest cogi deponere in iudicio seculari, nisi in defectum probationum Præposit. in d. d. cap. testimonium, modus autem concedendi licentiã in Cur. Archiep. talis est, conceditur licentia tali clerico deponendi in Curia seculari in tali causa; dummodo non deponat super articulis continentibus criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulsam, aliquando Vicarij voluerunt videre articulos originales, & in calce eorũ concedere licentiam designando propria manu articulos super quibus clericus deponere habet, & iste modus est melior, & tutior, cõuenit .n. magis ordinario, quam Iudici laico videre super quo habet deponere clericus, & poterit melius Vicarius considerare supradicta, quæ non possunt sic bene exprimi in prædicta licentia tam generali.

6

7

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel Delegatus censuris compellit Iudicem laicum, ad præstandum sibi brachium.*

2 *Iudex laicus tenetur præstare brachium Eccles. non viso processu, nec cognito de iustitia causæ; nisi in in aliquibus casibus, vt ibi.*

3 *Iudex laicus nunquã põt cognoscere de iustitia causæ sententiæ Iudicis Ecclesiastici, quando ab eo solùm petitur familia, & in causis sanctæ fidei.*

CAPVT XXXXIII.

CLarum est, quòd Iudex Ecclesiasti-
1 cus Ordinarius, vel Delegatus possunt compellere Iudicem laicum ad præstandum sibi brachium, cap. 1. vbi omnes de officio ord. Abbas Decius in cap. significasti, de offic. Delegati, Nauar. in cap, cum contingat, de rescript. remedio 1. & dicit Innoc. in d. cap. 1. quòd Iudex laicus cuius brachium imploratur nõ potest cognoscere de Iustitia causæ, vel sententiæ Iudicis Ecclesiastici, & videre processum, cuius opinio communis est, quam limitant Doctores, nisi Iudex
2 laicus vellet videre processum ad finem se informandi

Digitized by Google

mandi, vt referat Iudici Eccleſiaſtico, qui ſentẽtiauit, vel in delictis mixti fori, vel quando implo ratur brachium in extraiudicialibus, vel quando notoriè appareret, ſententiam eſſe iniuſtam. Ita Ant. Imola, Abbas, Alciatus, & alij in d. cap. 1. Vnum tamèn eſt menti tenendum, quòd, quando Epiſcopus petit à Iudice ſeculari ſolùm, vt ſibi accomodet familiam, pro executione ſuæ ſentẽtiæ, tunc cum Iudex ſecularis non dicatur executor, ſed ſolùm accommodet familiam non poteſt cognoſcere de viribus ſententiæ Epiſcopi, ita notabiliter Alciat. in d. cap. 1. num. 120. Suarez in praxi 2. tomo in prohemio nu. 9. Ignatius ad praxim Diaz cap. 154. & pariter in cauſis ſanctæ fidei numquam ſecularis cuius brachium imploratur, poteſt cognoſcere de iuſtitia cauſæ, vt dicunt Abbas, Ant. & Imola in d. cap. 1. & adeſt bulla Bonifacij Octaui, quæ incipit, Dilectus filius poſita in fine directorij Inquiſitorum, & aliæ bullæ.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus de iure communi appellat.*
2 *Fiscus appellat in Curia Archieprisc. Neap.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXXIIII.



DE iure communi fiscus appellat, cap. cum clamor, vbi Innocent. Abb. & alij de testibus Grammaticus decis. 14. Carauit. super ritu 147. Dominus de Franch. decis. 270. Baiardus in addit. ad clarum super q. 94. num. 24. Gabriel. concluſ. 14. lib. 7. tit. de maleficijs, & ità fuit plures seruatum in Curia Archiep. Neapol. siquidem, quando aliquis fuit condemnatus per Curiam Archiepiscopalem, & appellauit ad Papam, & Iudex appellationis reuocauit sententiam, Curię Fiscus fuit solitus appellare, & impetrauit de nouo appellationem committi ad eius instantiam, & nouissimè in anno 1600. cum quædam mulier carcerata, pro falsa depositione facta in dispensatione matrimoniali condemnata per Curiam Archiepiscopalem ad fustigationem appellasset ad Papam, & Delegatus reuocasset sententiam, Fiscus Curiæ Archiep. de nouo appellauit, & post longam disputationem in Vrbe habitam ad eius instatiam fuit commissa appellatio Reuerendiss. Nuncio Neap. qui sententiam protulit.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus non cogitur deferre habitum, & tonsuram, nisi in duobus casibus.*

2 *Clericus in minoribus constitutus, potest puniri, si non defert habitum clericalem decentem.*

CAPVT XXXXV.

1 EVit dictum in Curia Archiepisc. non posse carcerari clericum, constitutum in minoribus, qui sine licentia ipsius Curiæ dimisit habitū clericalem, & incedit in habitu laicali, siquidem de iure commnni, clericus in minoribus constitutus non cogitur, deferre habitū clericalem, cap. fin. de cler. coniug. nisi causatiue quatenus velit gaudere priuilegio clericali, vt ibi dicunt Ant. Abbas, & alij, vel si sit beneficiatus per c. Ioannes de clericis coniug. & hoc casu potest etiam declarari priuatus beneficio iuxtà bullam Sixti V. bene verum est, quòd si constitutus in minoribus vult deferre habitum
2 clericalem, tenetur deferre decentem aliàs potest puniri, quia deferre indecentem redundat in dedecus totius ordinis clericalis probatur, clarè in clementina 2. de vita, & honest. clericorum, & ibi

Digitized by Google

& ibi hoc notant Imola, Anchar. Cardinal. Bonifacius.

SVMMARIVM.

1 *Birroarij non probant plenè præterquam in leuibus.*
2 *Cursores Curiæ Archiepiscopalis Neap quàm fidem faciant in eorum depositionibus.*

CAPVT XXXXVI.

1 DOctores concludunt, birroarios, tamquam personas viliſſimas, non probare, præterquam in leuibus, Bal. in l. fi. C. de edicto diui Adriani tollendo, & in l. etiam, & ibi Salicet. C. de testib. Auguſt. Berous latè q. 84. Clar. in §. fi. q. 7. n. 3. latiſſimè Farin. de testib. q. 56. nu. 371. in Cur. vero Arch. Neap. qa cursores sunt
2 clerici, ceſſat illa vilitas, & admittuntur ad faciẽdam plenam probationem etiam in cauſis grauibus Sanctæ fidei nempe ſi deponant penes talem personam inueniſſe libros hæreticorũ, aut nicromaticorũ, & ꝙ familiares Epiſc. ſint idonei teſtes, dicit Bal. in d. l. etiã. Idem tenet Ioſephus in deciſ. Lucenſi 1. in Bariſellis, habentibus annexã iuriſdictionem, in quibus ceſſat illa vilitas, eſt tamen habẽda ratio curſorum, quorum aliqui ſunt adeò maligni, vt nihil eis credendum ſit.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Domicilium acquiritur momento temporis.*
2 *Clerici exteri, quomodo declarentur ciues Neapolitani per Curiam Archiep.*
3 *Ordinari an possit quis, sine dimissorijs, ab Episcopo loci, in quo habet beneficium simplex, non requirens residentiam.*
4 *Ordinari an possit quis in loco originis paternæ sinè dimissoriis.*

CAPVT XXXXVII.

1 DOctorum conclusio est, &, si quis transferat se ad habitandum in aliquo loco, & declaret expræsè se habere animum contrahendi ibi domicilium, statim illud acquirit absq; aliqua temporis expectatione. Ità Ant. de Butrio in cap. ad Apostolicæ, de decimis, Abb. in cap. fin. de Parochijs, Franchus in cap. cum nullus, de tempor. ordinat. in 6. Felyn. in cap. dilectus filius, el 2. de rescriptis. Quando verò non declarat animum, recurritur ad coniecturas, nempè, si habitauit per decenniũ iuxtà l. ciues, C. de incolis, lib. 10. vel, si transfert se ad habitandum in aliquo loco cum omnibus bonis suis, vt pulchrè per Abb. & Fel. in dictis

Digitized by Google

2 ctis locis. Seruatur autem in Curia Archiepiſcopali, quòd clerici exteri, qui cum dimiſſorijs ſuorum ordinariorum in Ciuitate Neapolitana moratur, quamuis declarent ſe habere animum contrahendi domicilium in ea, & per longum tempus in ea habitauerint, non admittuntur ad ciuilitatem Neap. niſi capta informatione, quòd in eorum patria non habeant aliqua bona, & tamdiù Neapoli habitauerint, quòd præſumptio ſit, ampliùs non habere animum redeundi ad patriã; & poſteà, mediante decreto, declarantur ciues Neapolitani; & niſi prædicta fiant non habentur pro talibus, nec conferuntur eis ordines, ſine dimiſſoriis ſuorum Epiſc. nec etiam permittuntur celebrare Miſſas in Ciuitate, & diœceſi. Cauſa huius antiquæ obſeruantiæ, fuit, quòd multi clerici delinquentes, condemnati ab eorum Epiſcopis, accedunt ad hanc Ciuitatẽ, & non valentes amplius obtinere dimiſſorias à ſuis Epiſc. pro exercendis ordinibus ſuſceptis, vel pro ſuſcipiendis, de facili declarant ſe habere animum habitandi in ea; & niſi ità fieret, Ciuitas Neapolitana abundaret peſſimis clericis, adnotata in cap. fin. de conſuetud. Verùm poſſet talis eſſe qualitas perſonæ, quòd, non obſtante hac obſeruantia, poſſet ſtatim admitti ad ciuilitatem. Ex eadem
3 ratione, Neapoli non ordinantur ſine dimiſſorijs exteri, ratione beneficij ſimplicis, non requiren-

Digitized by Google

tis residentiam, in ea obtenti; quamuis Ioannes And. Dominicus, & Franchus in cap. cùm nullus, de tempor. ordinationum in 6. dicant id fieri posse, cui obseruantiæ adstipulatur Concil. Trident. cap. 11. sess. 23. de reform. dum concedit Episcopo, vt possit ordinare non subditum suum familiarem triennalẽ, sine dimissorijs, dummodo illi statim Ecclesiasticum beneficium conferat; si enim beneficium solùm sufficeret, frustrà requireretur seruitium, nisi dicas, quòd, ex Concilio potest prius ordinari, & postea ei conferri beneficium; quicquid sit, talis est obseruantia Curiæ, & rationabilis. Pariter Curia Neap. non ordinat
4 sine dimissorijs alibi natos, ratione originis paternæ, ex dictis per Ioannem Andream, & Franch. in d. cap. cum nullus, qui antefactum non consulunt, & post factum laudant.

SVMMARIVM.

8 *Curator non interuenit, quando minor torquetur in*
-1 *Cur. Archiep. Neap. nec etiam, quando examinatur.*

CAPVT XXXXVIII.

1 IN Curia Archiep. Neap. seruatur ius commune, quòd datur curator minoribus 25. annis, non decem, & octo, secundum constitutionem Regni; Sed fuit

fuit dubitatum, an curator debeat interuenire, quando minor torquetur, Doctores in l. clarum; C. de auctoritate præstanda, diuersimodè loquuntur, quos refert Afflict. decis. 208. & fuit dictum in Curia Archiepis. Neap. esse receptam opinionem Saliceti in d. l. Clarum, quòd non interuenit curator, quando minor torquetur, cùm inferatur ad indagandum veritatem, non ad sollemnizandum iudicium. Idem in alijs interroganibus, quæ fiunt ad indagandam veritatem; & ita passim seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati, tentantes frangere carceres, non secuta fuga, puniuntur arbitrio Iudicis.*

2 *Carcerati, qui tentauerunt frangere carceres Curiæ Archiepisc. Neap. non secuta fuga quomodo fuerunt puniti.*

CAPVT II.

1 IN anno 1601. de mense Ianuarij, tres laici, carcerati in Cur. Archiepisc. tentauerunt fugere à carceribus, & cum lima secuerunt ferè totum vnum ferrum cancellæ carcerum; sed à carcererijs præuenti, non potuerunt aufu-

Digitized by Google

aufugere; deinde omnes confessi fuerunt tentatam fracturam carcerum, & fugam. Fuit dubitatum, qua pena essent puniendi, & fuit dictum hũc esse casum l. in eos, ff. de custodia reorum, qui loquitur, quando fractura esset tentata; sed non secuta fuga, iuxtà verum intellectum Alberici, in d. l. in eos, Boerius decis. 215. Bossius de carceribus, num. 50. & est magis communis opinio de qua testatur Farinac. de carcerib. & carceratis, q. 30. num. 20. Fuit etiam dictum, veriorem opi-
1 nionem Doctorum esse, quòd pęna tentantis frãgere carceres, non secuta fuga, sit arbitraria, quam tenent, Albericus, & Boerius vbi supra, Antonius Gomesius variarum resolut. tomo 3. cap. 9. de captura reorum, num. 11. Follerius in praxi criminali, ver. & si confitebuntur, num. 49. Farinac. latissimè vbi suprà, nu. 8. 9. & 25. & sic per Curiam Archiepiscopalem fuerũt dicti carcerati pro sola tentata, & non perfecta fractura carcerum condemnati ad remigandum per decennium, in triremibus, vltrà pęnam delicti, pro quo prius detinebantur carcerati.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi an possit reconciliare publicè pœnitentes.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT L.

1 FVit dubitatum in Curia Neap. an Vicarius possit reconciliare publicè pœnitentes; & fuit dictum posse, de speciali mandato Episcopi, ex cap. Aurelius, 26. q. 6. & Glos. in c. 1. eadem caus. & quæs. Iacobus Sbrottius; de offic. Vicarij lib. 2. q. 18. & ita seruatur in nostra Curia, quòd Vicarius, qui semper solet habere omnes casus, requirentes speciale mandatum reconciliat publicè pœnitentes, qui abnegauerunt Fidem Catholicam, & alios. 1

SVMMARIVM.

1 *Alienans res Ecclesiæ, saluo assensu Papæ, nec aliter, nec alio modo, & antè impetratum assensum tradès possessionem, an incurrat in censuras, & pœnas, contentas in extrauaganti ambitiosæ Pauli 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

CAPVT L.

1 IN anno 1599. fuit dubitatum in Cur. Archiep. an quidam Rector Ecclesiæ esset excommunicatus, & incurrisset in alias pœnas,

Digitized by Google

pœnas, contentas in extrauag. Ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienandis, ex quo alienauerat quodam territorium dictæ Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice; ſed cum clauſula, reſer-
1 uato aſſenſu Papæ, nec aliter, nec alio modo; & antequam impetratus fuiſſet aſſenſus, tradiderat poſſeſſionem dicti territorij. Videbatur dicendum, quòd non, propter illam clauſulam, non aliter, nec alio modo, iuxtà doctrinam Iaſonis, in l. 2. C. de iure emphiteotico, vbi voluit, quòd emphiteota alienans in requiſito Domino rē emphiteoticam cum clauſula, ſaluo aſſenſu domini, & poſteà illo non requiſito, tradit poſſeſſionem, cadit à iure ſuo; ex quo eſt proteſtatio contraria facto; ſed, ſi addit clauſulam, non aliter, nec alio modo, iſta clauſula operatur, quòd actus non valeat, & non cadat à iure ſuo; & hanc eſſe communem opinionem dicit Gram. deciſ. 49. In contrarium faciebat, quòd adhuc dicta proteſtatio, cum clauſula non aliter, nec alio modo, videbatur contrario facto, vt dicit Bal. in l. 1. C. de his, quæ penè nomine, nu. 56. tenet Conſilium Neapolitanum, vt teſtatur Gram. d. deciſ. 49. D. Vincentius de Franchis deciſ. 267. Re tandem delata ad S. D. N. Clementem Octauum, declarauit, dictum Rectorem incurriſſe in pœnas dictæ extrauag. ambitioſæ; & reſcripſit Vicario Neap. quòd dictum Rectorem abſolueret in vtraq; foro à

ro à cenſuris, dummodo, prius dictus Rector reuocaret alienationem, & reintegraret Eccleſiam in ſuo ſtatu; aut ſaltē faceret pro ſuo poſſe, quòd dicta Eccleſia reintegraretur, mouendo litem in iudicio; vel alia ad hunc effectum faciendo; & ſi prædicta facere non potuerit, ante abſolutionem ad minus promitteret, & ſe obligaret, quam citiùs prædicta facere; & quòd dictus Vicarius cū dicto Rectore diſpenſaret, etiam ſuper fructibus malè perceptis, & reualidaret, titulum benefitij; & ità fuit reſcriptum die 17. Decembris 1599.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus reconciliatus, eſt inhabilis ad audiendas confeſſiones.*

2 *Abiurans de leui, non impeditur audire confeſſiones, & exercere ſuos ordines, & alia ſacramenta miniſtrare.*

3 *Abiurans de vehementi, numquàm admittitur ad audiendas confeſſiones in Curia Archiep. Neap.*

CAPVT LI.

1 STante ordinatione Sancti Officij, q hæreticus reconciliatus, numquam admittatur ad audiendas confeſſiones fidelium, de qua mentionem facit Locatus in opere Iudiciali In

Digitized by Google

quisitorum in fine. Fuit dubitatum in Curia Archiep. an quidam sacerdos, qui abiurauerat hæresim de leui, esset admittendus ad audiendas confessiones fidelium; & re delata ad Sacram Congregationem Sancti Officij in vrbe, fuit per dictã Sacram Congregationem rescriptum, sub die 6. Martij 1596. dictum sacerdotem non esse impeditum exercere omnes ordines, & sacramenta ministrare, ac fidelium etiam secularium confessiones audire, quamuis abiurasset de leui, qui verò abiurauerunt de vehementi, numquam admittuntur in Curia Archiepiscopali ad audiendas confessiones, quicquid dicat Nauar. in conf. 16. de hæreticis.

SVMMARIVM.

1. *Magazenorum vini vsus an possit permitti in Eccles. profanata.*
2. *Histriones non debent commorari in Ecclesia profanata.*
3. *Coquina, & Stabulum prohibentur in Ecclesia profanata.*
4. *Cæmenta Ecclesiæ profanatæ in quos vsus conuertenda?*
5. *Beneficiatus quando teneatur expendere omnes reditus in fabricam Ecclesiæ.*
6. *Ecclesia profanata non potest vendi sine sollemnitate, requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarum.*

CA

Digitized by Google

CAPVT LII.

1 FVit dictum in Curia Archiepiscop. Neap. quòd Ecclesia Sancti Georgij Ianuensium huius Ciuitatis, profanata authoritate Papæ, in qua erat permissus vsus magazenorum vini, non posset deseruire pro vsu histrionum,
2 ex Concil. Trident. cap. 7. sess. 21. de reformat. in quo prohibetur Ecclesias profanatas conuerti ad vsus sordidos; qui autem dicantur sordidi, Sacra Congregatio Concilij remisit arbitrio Ordinarij; & talis videbatur, vsus histrionum, cum sint personæ infames, vt in l. 2. §. final. ff. de his, qui notantur infamia, eisque denegantur Sacramenta Ecclesiastica, cap. pro dilectione, d. cons. distin. 2. vbi non erudiendorum; sed perdendorum puerorũ magistri dicuntur, & donantes aliquid eis peccant, cap. donare, 86. distin. facit textus notabilis in l. si qua in publicis, C. de spectaculis, & scenicis lib. 10. vbi dicitur, quòd histriones debent expelli à locis honestis, & à locis, in quibus Imperatoris imago depicta est; tantò magis à loco, qui Ecclesia fuit, & in quo Crux Domini Nostri Iesu Christi ma-
3 nere debet affixa, ex Conc. Trident. d. cap. 7. Pariter in Eccles. profanatis prohibetur fieri coqui-

Digitized by Google

na, & ſtabulum, vt dicit Gloſſa in cap. ligna, de conſecratione diſtinct. 1. & in cap. quę ſemel, 19. q. 3. & ante Concilium Tridentinum, neque cementa Eccleſ. poterant conuerti ad vſus priuatorum; ſed ad vſus alterius Eccleſiæ non ſordidos, d. cap. ligna, & cap. quæ ſemel, vbi Gloſſa, &
4 alij; declarauit tamèn Sacra Congregatio Concilij Tridentini, quòd, ſi ruinę Eccleſię vendantur, ad vſus non ſordidos, eorum prætium in vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ ſit expendendum; & Neapoli ſeruatur, quòd conuertuntur in fabricam altaris, quòd in alia Eccleſia, in qua beneficium transfertur, conſtrui debet, & quòd ſupereſt venditur, & ex redditibus augentur onera Miſſarũ. Item aliàs declarauit Sacra Congregatio, quòd Epiſcopus non debet ſine cauſa Eccleſiã profanare; & ſi aliquam profanandi cauſam habet, earum cęmenta potiùs attribuenda ſunt Eccleſiæ, quę eſt caput capellarum profanatarũ quam alteri. Item notandum, quòd Eccleſia, quæ collabi-
5 tur; ſed habet redditus, ſufficientes ad reparationem non eſt transferenda, & profanãda, ſi redditus non ſufficiunt pro victu rectoris; quia hoc caſu tenetur Rector omnes redditus in eius reparationẽ expendere; & interim non celebrabuntur Miſſæ, Abb. in cap. de his, de Eccleſ. ædific. nu. 4. aliàs omnes Eccleſiæ habentes tenues, redditus, qui non ſufficiunt pro victu Rectoris, eſſent

Digitized by Google

6 sent profanandæ. Prætereà fuit dictum in Curia Neapolitana, quòd locus Ecclesię profanatæ, tamquàm res Ecclesiæ non potest vendi, inconsulto Papa, & sine alijs solemnitatibus, requisitis in alienat. rerum Ecclesiæ, vt in cap. sine exceptione 12. q. 2. & extrauag. Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres religiosæ in communi viuētes, more religiosarum, subsunt Episcopo, licet nō faciant professionē.*
2 *Habitus nouæ religionis in communi est prohibitus.*
3 *Episcopus potest prohibere laicis, ne deferant habitum clericalem.*
4 *Heremitæ non permittuntur commorari in Ciuitate, & diæc. Neap.*

CAPVT LIII.

1 ADerant in Ciuitate Neapol. plura conseruatoria puellarum, quę more monialium viuebant in communi induebant habitum monialium; non tamèn faciebāt professionem; placuit Illustrissimo, & Reuerendiss. Archiepis. Neap. ex iustis causis, prohibere dictis puellis vestes monialium, vulgo dictas, li soccanni. De qua prohi-

Digitized by Google

prohibitione, fuit dubitatum an licitè fieri potuisset, & quòd fuerit licita, facit, quòd, istę mulieres, quæ ibi perpetuò morari nolunt more religiosorum licet nullam faciant professionẽ, subsunt Episcopo cap. indemnitatibus, §. in prædicta, de electione in 6. & ibi Geminianus, & Franchus, Ant. de Butrio in cap. 2. de foro competenti, probatur clariùs in clement. attendentes, §. illas quoq; de statu monachorum, vbi Card. Bonif. in quibus iuribus patet, quòd Ordinarij ipsas visitare possunt, & eis prouidere, & successiuè formã circa vestes dare. Præterea adducitur tex. in c. 1. de relig. domibus, in 6. in quo prohibetur habitus nouæ religionis in communi, & peccant mortaliter facientes contra dictum cap. 1. iuxtà Abb. in d. cap. 2. de foro compet. num. 11. vers. imò nescio. Item facit textus in cap. vt clerici, & ibi Abb. de regular. vbi dicitur, quòd nõ monachi nõn possunt vti habitu monachali, Ripa responso quinto. Item facit, quòd dicunt Dominicus, & Franchus in cap. vltimo, de bigamis in 6. quòd Iudex Ecclesiasticus potest prohibere laicis, ne deferant habitum, vel tonsuram clericalẽ, quòd in Ciuitate Neap. seruatur; solet tamèn Vicarius concedere licentiam deferendi habitum clericalem volentibus sumere ordines, per aliquot menses, ante. Non permittit etiam Curia Archiep. in Ciuitate, & diœces. Neap. morari

1

2

3

hære-

Digitized by Google

hæremitas, qui vt dicit Glos. in cap. qui verè 16. q. 1. sunt sicut locustæ sine rege, & sine regula ad nihilum obligati, & sola voluntate tenẽtur, & vt plurimùm sunt ribaldissimi sortilegi, vt experientia pluriès docuit, & cùm in Ciuitate, vel diœc. Neap. inueniuntur, carcerantur, & præciso habitu, fit eis præceptum sub pęna triremium de non accedendo amplius ad eam, & multoties fuerunt per Curiam verberibus cęsi, quando fuerunt reperti in locis inhonestis.

SVMMARIVM.

1 *Capellaniam habens cum onere celebrandi Missam, an teneatur illas per alios celebrari facere tempore infirmitatis.*

Famulo infirmo an debeatur salarium?

CAPVT LIV.

1 DVbium est quotidianum in praxi, an sacerdos, habens capellaniam cum onere celebrandi Missas, teneatur illas per alios celebrari facere tempore infirmitatis, & aliter non faciat fructus suos? & videtur dicendũ, ꝙ infirmitas eum excuset, per textum in cap. significatum, de præbendis. In oppo si-

Digitized by Google

positum facit, quòd datum ob causam, repetitur, si adimpleri non potuit ob infirmitatem recipiẽtis, l. si pecuniam in principio, ff. de conditione causa data; sed redditus capellaniæ principaliter dantur propter onus celebrandi missas; ergò tẽpore infirmitatis debent per alios celebrari. Secundò facit, quòd capellanus censetur locare operas suas, tamquam famulus; Gloss. in dicto capit. significatum; sed famulo infirmo non debetur salarium, iuxtà veriorem opinionem Bartoli in l. si vno, §. item cum quidam, ff. locati, Anto. Anchar. Imola in cap. potuit, de locato, Franch. in c. vnico, §. qui verò de Cler. non resid. in 6. solùm tamen tenetur dominus famulo infirmo dare cibaria, ac modicas & tenues expẽsas, nempè per octo vel decem dies Bart. in l. si cũ dotem, §. sinautem, ff. soluto matrimonio. Abb. in cap. 1. de clerico ægrotante, Couar. lib. 3. varia. resol. c. 13. & succeſſiuè capellanus infirmus per octo, vel decem dies ad plus poterit recipere reddit⁹ Capellaniæ pro se; & postea tenetur per alios celebrari facere Missas, & hãc opin. tenet P. Nauar. de rest. lib. 2. nu. 210. dicit tn, q, si infirmitas esset vnius mensis, vel ad plus duorum, non tenetur per alios celebrari facere, & pro maiori intelligentia distinguit, quòd quędam sunt beneficia fundata ex decimis, & alijs redditibus principaliter ad substentationem ministrorum, ve

sunt

Digitized by Google

sunt canonicatus, dignitates, & similia, quorum substentatio magis necessaria est tẽpore infirmitatis, quàm alio, & talibus debentur fructus tempore infirmitatis, etiam si essent distributiones quotidianæ, cap. vnico, de cler. non resident. in 6. quædam sunt beneficia principaliter instituta ad onus celebrandi missam, & secundario ad substẽtationem ministrorum pro tẽpore quo celebrant Missas, vt capellaniæ, quæ habent talia onera, & illas habentibus non est conueniens, quòd tempore infirmitatis dẽtur redditus ex rationibus vltimo loco adductis, quæ opinio Petri Nauar. videtur vera, & æqua; crederem tamèn spatium duorum mensium ad faciendum celebrari missas per alios, quòd concedit Petrus Nauar. esse nimis longum, sed sufficere sex, vel octo dies. Nec obstat tex. in d. cap. significatum; quia ibi aderat speciale statutum, quòd non teneretur capellanus celebrare tempore infirmitatis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest dispensare cum depositio verbaliter, & in quibus casibus.*

2 *Episcopi ex generali consuetudine, & quasi possessione faciunt gratiam de omnibus delictis, præcipuè Archiep. Neap.*

3 *Sententia Vicarij, cum clausula salua moderatione,*

Digitized by Google

& commutatione Episcopi, valet: & ità seruatur Neap.

4 *Casus vehementis suspectionis hæresis, vel apostasiæ, reseruntur Pontifici in Curia Archiep. Neap.*

5 *Episcopus potest facere indultum illis, qui aliorum delicta detegunt.*

CAPVT LV.

1 NOtandum est in praxi, q̃ Episc. potest dispẽsare cum deposito verbaliter ab adulterio, infrà iuxtà cap. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs, vbi Abbas, Fel. Decius, & cõmunis, & etiam in casibus expressis maioribus adulterio, vt in incestu, ex communi in d. §. de adulter. Item licèt de iure communi Episcopus
2 non possit facere gratiam de pœna delicti, vnde nõ posset reuocare exulem, vt dicit Diaz in praxi, in verbo in exilium mitti, Foller. in praxi canonica, in verbo & si committi, num. 123. tamen
3 de consuetudine generali, & quasi possessione, in qua manutenentur Episcopi, hodie faciunt gratiã de omnibus delictis; & ità obseruant Archiep. Neap. sed ad maiorem cautelam in Curia Archiep. Vic. in sententia semper ponit clausulam in fine, salua moderatione, & commutatione Illustriss. Archiepis. quæ sententia valet, Baldus in auth.

Digitized by Google

auth. interdicimus, C. de Episcopis, & clericis; Felinus in cap. qualiter, & quando, el 2. §. ad corrigendos, de accusat. Quæ clausula ponitur etiã in sententijs causarum Sanctæ fidei, quamuis multoties resolutiones dictarum causarum ab vrbe veniant; siquidem casus vehementis suspictionis hæresis, vel apostasie Curia Archiep. Neap. solet deferre Sanctissimo Domino, tamquam negotia maiora, iuxtà cap. maiores, de baptismo; cum voto tamen Congregationis eiusdem Curiæ. Item solet Archiepis. Neap. concedere indultum his, qui alios delinquentes reuelauerint; nam Iudices Ordinarij possunt bãnitos rebandire, & remittere ex prædicta causa, Bart. in l. ambitiosa, ff. de decretis ab ordine faciendis, per l. omnes, §. fin. ff. de re militari, Farinac. de inquisitione, q. 6. nu. 14. qui plura adducit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, prædicans in aliena diœc. debet petere licentiam à diœc. iuxtà Concil. Trident. c. 2. sessio. 5. de refor.*

2 *Prædicatores examinantur in Curia Neap. nisi sint noti, & insignes.*

Digitized by Google

CAPVT LVI.

1 IN anno 1600. Reuerendiſſ. Epiſc. Aliſanus obtinuit licentiam à Papa prædicandi, tempore quadrageſimæ, in Eccleſia diuæ Mariæ Annunciatæ Ciuitatis Neapolitanæ, prætendebat non petere licentiam prædicandi ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Archiepiſc. Neap. iuxtà Conc. Trid. cap. 2. ſeſſ. 5. de reform. dicens, Epiſcopos poſſe vbiq; prædicare, ex priuilegio Chriſti Matthęi vltimo. Ite per vniuerſum mundum, & prædicate, cap. in nouo 11. diſtinct. Pro qua opinione facit textus in cap. ſcriptum, 6. q. 3. vbi Cardinalis de Turre cremata, & Cardinalis Alexandrinus, dicunt poſſe Epiſcop. in alien. diœc. prædicare, ſine licentia diœceſ. etiam ſolemniter, congregando populum, & aſcendendo pulpitum. Idem tenet Fel. in c. excommunicamus, de hæreticis; Cardinalis verò Zabarella, in clementina dudum, verſ. ab olim n. 6. de ſepulturis, dicit Epiſcopos poſſe vbiq; prædicare, niſi ab alijs Epiſcopis prohibeantur. Re delata ad Sanctiſſimum D.N. Clementem VIII. mandauit dicto Epiſcopo, quòd, ſi prædicare vellet, obſeruaret decreta, Conc. Trid. d. c. 2. & ſic petijt licentiam à Vic. Neap. & prædicauit.

Digitized by Google

2 Practicatur etiam in Curia Archiepis. quòd omnes prædicatores, antequam prædicent, examinantur super doctrina, non tamen insignes, & noti; quod fuit in vrbe approbatum, licet aliqui regulares restiterint.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit declarare excommunicatos à iure, vel Apostolicis constit. regulares exemptos.*

2 *Regularis carceratus in carceribus Cur. Arch. N. eap. ad instantiam superioris, si ibi delinquat, an puniatur per eand. Cur. & quid, si commoretur extrà claustram de licentia superioris?*

3 *Regulares degentes in claustris, qui inueniuntur in domibus meretricum, vel aliàs notoriè delinquunt cum populi scandalo, carcerantur per cursores Cur. N. & non remittuntur ad suos superiores, antequam capiatur informatio delicti, & ibi praxis.*

4 *Episcopus differens capere informationem, & regularem petentem remittere, vt ipsum vexet carcere, an incurrat excommunicationem?*

5 *Bulla S. D. N. Clem. 8. pro obseruatione Concil. Trident. s. 14. de regul.*

6 *Delegatus potest punire extraneas personas, delinquentes in eius personam, si per hoc contingat suam iurisdictionem turbari.*

7 *Laici offendentes aures iudicis Eccles. possunt carcerari;*

Digitized by Google

rari; & sic etiam partes, qui coràm ipso consultia ad inuicem sibi dicunt.

8 *Laici iniuriam inferentes Notariis, scribis, exercentibus eorum officium puniuntur per Cur. Archiep.*

9 *Regulares mendicantes, qui habent primilegium, vt non possint ab ordinario excommun. suspendi, & interdici in casibus, in quibus possunt compelli ab Episc. nempè, vt eant ad processiones publicas, an possint compelli censuris.*

10 *Regulares in ciuilibus coràm quo conueniendi?*

11 *Regulares mendicantes, sine necessitate possunt imperi per Ordinarium.*

12 *Laici excommunicantur per Cur. Arch. si mendicant sine necessitate.*

13 *Laici, quæstores eleæmosinarum, puniuntur per Cur. Archiep. Neap. & qui tales sint.*

14 *Mendicantes validi, qui fingunt se infirmos, debent puniri pena falsi.*

15 *Regulares, semel approbati ad audiendas confessiones, quando possunt de nouo examinari.*

CAPVT LVII.

1 QVæ circa personas regulares in diès in Curia Archiep. in dubium reuocantur, necessariò hic inserenda opere prętium esse duxi. Primò, an Episcopus possit declarare excommuni-

Digitized by Google

municatos à iure, vel Apostolicis constitutionibus, regulares exemptos, qui habẽt priuilegium, vt excommunicari, suspendi, & interdici non possint? Fuit in Cur. Archiep. dictum, quòd sic; ita tenent Cardinal. in clem. 1. de priuileg. Domin. in cap. si Papa, 40. dist. Imola in clem. 1. de sequestr. possess. Felyn. latè in cap. non potest, de sententia, & re iudic. num. 3. Gambar. de potestate Legati à Latere, lib. 8. cap. de potest. legati in regulares exemptos, Henriquez in summa, de indulg. cap. 25. §. 7. Probatur in d. clem. 1. de priuileg. facit, quia declaratio nihil noui inducit, l. hæredes palam, ff. de testam. & dicit Fely. vbi suprà, quòd hac de causa potest eos citare, ad dicendum causam, quare non debeant declarari excommunicati; nàm permissa declaratione, censetur permissa citatio, quæ est necessaria ad declarationem, iuxtà Gloss. in clem. 2. de censib. vel poterit Episcopo constare per informationẽ extraiudicialẽ, idem tenet Abb. in d. clem. 1. qui licèt dubitet de citatione, per quam videtur induci violatio exemptionis, respondit Fely. quòd dicta citatio erit similis illi, quę habet clausulam, si sua putauerit interesse, quæ non arctat nolentẽ comparere, & põt fieri in non subditum. Fuit
2 prætereà dubitatum in Curia, an carceratus in carceribus dictæ Curiæ ad instantiam superioris, si ibi delinquat, puniatur per eandem curiam; &

quid,

Digitized by Google

quid, si commoretur extrà clauſtrum de licentia ſui ſuperioris. Vterq; caſus accidit in curia, & videbatur, quòd non poterat puniri per Curiam, tamquàm degens extrà clauſtrum, iuxtà Conc. Trid. cap. 3. ſeſſ. 6. de refor. ſed debebat remitti ſuo Superiori, cum præfixione termini ad puniẽdum, iuxtà cap. 14. ſeſſ. 25. de regular, ſiquidem regularis de licentia ſuperioris degens extrà clauſtrum, cenſetur eſſe in claustro, ità dicit Abb. antiq. in cap. cùm illorum, de ſententia excomm. quem ſequuntur Panorm. & Felyn. in cap. ex reſcripto, de iureiurand. Contrarium fuit dictum, & exequtum, contrà quendam regularem, qui de licentia ſuperioris degens in hac ciuitate extrà clauſtrum, fuit inquiſitus de tonſione monetæ, & bis tortus, & non confeſſus, & contrà aliũ regularem, exiſtentem in carceribus dictæ Curiæ ad inſtantiam ſui Superioris, inquiſitum de ſubductione falſorum teſtium, qui pariter fuit bis tortus, & non confeſſus, & exulatus à Ciuitate, quia negari non poterat, quin morarentur extrà clauſtrum; & Conc. Trid. in in d. cap. 3. generaliter loquitur, & generaliter eſt intelligendum. l. 1. ff. de legat. præſtan. nec diſtinguit, arg. l. de pretio, ff. de public. & eſt latè interpretandum, cũ tractet de reſtringenda exemptione in fauorem ordinariorum, iuxtà latè tradita per Felyn. in c. cùm omnes, de conſtit. & licentia ſuperioris operatur,

ratur,

Digitized by Google

ratur, quòd non inducatur apostasia; & ita fuisse verè declaratum a Sacra Congr. Concil. audiui; & legi quandam declarationem his verbis, Regularis manens extrà claustrum de licentia Superioris, etiam in domo destinata ad erectionem monasterij, nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltèm viuat sub superiore conuentualiter, potest puniri ab Ordinario. Ad hæc notandum, obseruari in Curia Archiepis. quòd regulares degentes in claustris, qui inueniuntur in
3 domibus meretricum; vel, aliàs notoriè delinquunt, cum populi scandalo, iuxtà d. cap. 14. sess. 25. de regular. carcerantur per cursores Curiæ, & non remittuntur ad suos superiores, antequam capiatur informatio delicti; & postea remittuntur cum copia actorum, præfixo termino superioribus, ad docendum de punitione, infrà viginti dies, vel mensem; conatur tamen curia quàm primum capere informationem, & quàm citius potest remittere eodem die, quo fuerunt capti, vel sequenti. Nec videtur alienũ, quòd ipsos detineat, nec remittat ante captam informationem; siquidem, cùm possit ipsos punire in defectum superiorum, d. cap. 14. & proindè capere informationem, si statim remitteret regularem, faciliter testes possent seduci, & informatio destrui opera delinquentis, vel aliorum, vt experientia docet, & non posset puniri regularis, nec à suo su-

Digitized by Google

periore, nec ab Episcopo, & clarũ est cõcessa iurisdictione, intelligi cõcessa omnia necessaria ad eam, cap. præterea, de officio Delegat. l. 2. ff. de
4 iurisd. omn. Iudic. Si autem Episcopus differret capere informationem, & regularem petentem nollet remittere, vt ipsum vexaret carceribus, crederem non euitare excommunicationem, tã-quam detinentem carceratum regularem, in ca-
5 sibus non permissis à iure, iuxtà Gloss. in clemen. frequens, in verbo capiunt, de excess. Prælatorũ, & ibi hoc notat Abbas. Notandum quoque, q̃ S. D. N. Clemens Octauus ad maiorem obseruãtiam dicti cap. 4. Fecit bullam, in qua concedit Episcopis, vt possint præfigere terminum superiori, ad puniendum regularem, notoriè delinquentem, sub pœna priuationis dignitatum, & officiorum, eo ipso incurrenda, & si superior regularem non punierit, quinimò illum impunitum ad alia sui ordinis loca extrà diœcesim Episcopi transmiserit, possit Episcopus præfigere terminũ superiori ad requirendum dictum regularem, sub pœna priuationis dignitatis, & officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, à qua nemo possit absoluere, nisi Papa, q̃, si ipse superior non reuocauerit, Ordinarius loci, ad quem regularis transmissus fuerit, informatus ab Episc. loci delicti, ipsum puniet, & ita facere debet. Vlterius, & successiuè

est

est inuestigandum, an regularis, qui iniuriam infert Episcopo, vel Vicario iurisdictionem exercēti, & eius aures offendit in illo actu iurisdictionis, eam turbando, possit ab eodem Episcopo, vel Vicario puniri, sine remissione ad suum superiorem, iuxta d. cap. 14. de regular. & de iure est textus in l. nullum, C. de testib. vbi alias exemptus
6 punitur propter offensas aures. Item Delegatus potest punire extraneas personas, delinquentes in eius personam, si per hoc contingat, suam iurisdictionem turbari Innoc. Ant. in cap. dilectus, de pœnis Abb. in cap. 1. de offic. Delegat. Item concessa iurisdictione censentur concessa omnia, sine quibus exerceri non potest, l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. cap. præterea, de offic. Delegat. & sic videtur, quòd requiratur priuilegium magis speciale, q̄ non concedit Conc. Trid. salua tamē declaratione, Sacr. Congregat. & ex his Vicarius
7 Neap. fuit solitus, q̄n eius aures offenduntur à laicis quamuis nobilibus, eos carcerare, & punire; & similiter partes, qui coràm eo conuitia adinuicem dixerunt; nam potest Iudex punire delinquentes coràm ipso, in officio sibi commisso, nempè, Aduocatos, scriptores, testes, & partes, si sibi inuicem dicant conuitia, vel percutiat, secundum Innoc. in d. cap. dilectus, qui allegat d. l. nullum, & secundum Anton. in prælleg. cap.
8 dilectus. Pariter fuit solitus carcerare, & punire

laicos, iniuriam inferẽtes, notarijs, & scribis, exercentibus eorum officium, cum offendant Curiam. Aliud est dubium, an regulares mendicantes, qui habent priuilegium, vt non possint ab ordinario excommunicari, suspendi, & interdici, in casibus, in quibus possunt compelli ab Episcopo, nempè, vt eant ad processiones publicas, iuxtà c. 13. sess. 25. de regul. vel similibus, possint compelli censuris? Videtur, quòd non; sed, quòd alijs pœnis compelli possint, nempè, carcere, pecunia, si habent aliquid in commune, & similibus ità penes Calderinum in cons. 8. de regul. qui loquitur in specie, an possint censuris compelli, vt eant ad processiones, Felyn. in cap. dilectus, de officio Ordinar. Gambar. de potest. Legat. à latere, lib. 8. cap. fin. num. 77. probatur clarè in cap. 1. §. in eos, de priuileg. in 6. & ibi Gloss. in verbo, quoad ista, quam sequuntur communiter Docto. facit cap. cum capella, extra de priuileg. nisi in aliquo casu regulares subdãtur iurisdictioni, correctioni, visitationi Episcopi, iuxta d. §. in eos, vel vt sunt exercentes curam animarum, personarum secularium, extra eorũ septa, quæ sunt de eorum familia, c. 11. sess. 25. de regul. nihilominus post Concil. Trident. circa ea, quoad quę subduntur ordinarijs, vel ab illis compelli possint vigore dicti Conc, dicendum est posse excõmunicari; siquidem Conc. Trid. in c. final. sess. 25.

9

de

Digitized by Google

de regul. mandat obseruari omnia decreta de regul. non obstantibus priuilegijs, & deputat executores Episcopos; & cũ nulla sit habenda ratio priuilegiorum, nec Concilium restringat modũ compellendi, remittitur arbitrio ipsius Episcopi, l. 1. ff. de iure deliberandi; nec priuilegium potest tollere hoc arbitrium, quod Concilium concedit Episcopis, facit etiam bulla Pij IIII. per quam abrogantur omnia priuilegia contraria Conc. Trid. & ita fuit seruatum in Curia Archiepiscopali. Aliud est dubium, coram quo sint cõueniendi regulares in ciuilibus? dicendum est, q regulares, degentes extra claustra, & alij exempti in ciuilibus causis mercedum, & miserabiliũ personarum, conueniuntur coram Ordinario; etiam si in partibus habeãt Iudicem deputatum à Sede Apostolica in alijs verò, si ipsum Iudicem non habuerint, coram Ordinario conueniri possunt, & compelli ad soluendum, cap. 14. sess. 7. de refor. Conc. Trid. Si verò regulares degunt intra claustra, essent conueniendi coram suo superiore regulari, vt dicit Abb. in cap. cùm contingat, de foro competen. Sed Gregorius XIII. concessit omnibus regularibus, vt in ciuitatibus Italiæ sibi conseruatores eligerent. coram quibus conuenirentur semelque electos non mutarent, eorumque nomina infra mensem Episcopis locorum ordinarijs indicarent; alioquin coram ipsis ordinarijs

rijs conueniri possint, vt refert Frater Hieronymus à Sorbo, super compendio priuilegiorum Mendicantium, in verbo conseruatores, habetur in Concil. Prouinc. Mediolanensi 5. part. 3. sub tit. de Episcopo, & Episcopali foro. Præterea Episcopus potest punire regulares, discedentes à suis conuentibus, sine licentia suorum superiorum; etiam prætextu ad superiores accedendi, vt in Conc. Trid. sess. 25. cap. 4. de regularibus. Insuper notandum, quòd aliquando Vicarius Neap. impediuit Mendicantes, quærentes per Ciuitatem eleęmosinas superfluas, vt quia in vno conuentu aderat vnus, vel duo fratres ad summum, & mittebant quatuor, vel quinq; quæstores per Ciuitatem, sine necessitate, auferendo eleæmosinas verè indigentibus, de quo multi fratres fuerunt conquesti in Vrbe Romana, & fuit rescriptum Vicario, quòd prædicta faceret cũ benignitate; non tamen fuit ei prohibitum; & sic Vicarius firmabat omnes licentias quęrẽdi eleæmosinas, quas dicti fratres a suis superioribus obtinebant, ad finem, vt cognoscerent illos, qui quærebant eleæmosinas, & quærentes sine licentia firmata ab ipso Vicario carcerebat; nam alias mendicantes impediri non possent, vt in compendio priuilegiorum Mendicãtium, in verbo eleæmosynæ. Pro tali obseruantia facit, quòd mendicantes sine necessitate, grauiter delinquunt; cum

panem

panem verè indigentibus auferant, cap. pastor. 2. q. 1. Ripa de peste, remedio præseruatiuo, nu. 169. & hac ratione prohibentur in iure, l. vnica, C. de mendicantibus validis, lib. 11. & ibi Lucas de Penna, & de ciuitate esse expellendos, dicit Ripa vbi supra, Imol. in cap. Odoardus, de solution. Sed Episcopi sunt patres, & protectores pauperum, quos defendere debent, dist. 87. per totum, cap. super quibusdam, de verbor. significat. cap. 1. 82. distin. vbi dicitur, quòd Episc. (quantum est eis possibile) tenentur prouidere necessitatibus pauperum, facit cap. 8. sess. 22. de refor. Conc. Trid. & proindè tamquam patres, & defensores pauperũ, quorum victus aufertur, & ad obuiandum delicto, possunt Episcopi tales mẽdicantes sine necessitate impedire, nam, & laicus potest carcerare clericum, ad obuiandũ delicto, iuxtà communem in cap. cum non ab homine, de iudic, nec eorum priuilegium de mendicando, est intelligendum cum præiudicio aliorũ, l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in
12 loco publico. Pariter Curia Archiepisc. propter peccatum mortale excommunicat laicos, quærentes eleæmosynas pro alijs, sine necessitate, sed ipsa Curia concedit licentiam, & grauiter punit laicos prauos eleæmosynarum quæstores, iuxta, cap. tuarum, de priuileg. cap. cum ex eo, de pœnit. & clem. abusionibus, eod. tit. & tales di-

cun-

Digitized by Google

cuntur, qui publicant indulgentias, iuxt. Doct. in dictis locis, prohibentur ẽt in Conc. Trid. c. 9. seſſ. 21. de refor. & laici poſſunt puniri hoc caſu
15 ab Epiſc. quia delinquunt in religionem Eccleſiaſticam, vt dicit Abb. in d. cap. tuarum; Nec etiam permittuntur colligere eleæmoſynas, dando aliquas imagines, ſeu medaglias; nec deferre aliqua ſigna, exceptis quæſtoribus Eccleſiæ S. Antonij Viennenſis, & fuerunt in Cur. Archiep. acriter torti quidam laici, & alij condemnati ad triremes; ex quo publicantes falſas indulgentias,
14 eleæmoſynas quærebant; & dicit Lapus alleg. 18. quòd mendicantes validi, qui ſimulant ſe validos, aut infirmos, vt pecuniam extorqueant, de-
15 bent puniri pęna falſi. Vltimo notandum, quòd regulares ſemel approbati à Curia Arch. ad audiendas confeſſiones prætendebant, cenſeri ſemper approbatos ex clem. dudum, §. & ſi iſdem, de ſepult. vbi Gloſſ. Bonifac. & Cardin. & propterea non poſſe per Curiam approbari ad tempus, vt magis ſtudeant, ſed elapſo tempore non indigere noua approbatione, videbatur dicendum, dictam clem. dudum, eſſe intelligendã de approbatis ſimpliciter, non autem ad tempus; nam limitata cauſa limitatum producit effectũ, l. in agris, ff. de acquirendo rerũ dominio. Re delata ad Sacram Congr. Conc. Trid. fuit reſcriptum Curiæ Archiep. regulares poſſe approba-

ri

Digitized by Google

ri ad tempus, quo elapso indigent noua licentia; & sic declaratio Pij V. quam fratres adducebant, est intelligenda de approbatis simpliciter, vt non possint examinari, nisi à successore; posset tamen reuocari licentia ex iusta causa, Gloss. & DD. in d. Clem.

SVMMARIVM.

1 *Miracula fiunt in instanti, & sunt ex omni parte perfecta.*

2 *Animal venenosum, vel fulmen, si tangat vinum consecratum, quid de illo sangnine faciendum est?*

3 *Testes singulares non probant miracula, & tenentur reddere causam scientiæ; etiam non interrogati; nec probant, si dicant, scio quia vicinus.*

CAPVT LIX.



Vit dictum in Curia Archiepiscopali, non esse miracula, quæ dicebantur fieri in quadam Ecclesia Ciuitatis Neapol. virtute cuiusdá imaginis Beatæ Mariæ; ex eo quia plures personæ, quæ per longum tempus fuerant infirmæ, cùm ad dictam Ecclesiam accessissent, statim receperant sanitatem; & ex attestationibus medicorum apparebat, non fuisse in to-

Digitized by Google

tum liberatas ab infirmitatibus, & miracula sunt ex omni parte perfecta; nũquam enim Christus aliquem sanauit, quem non in totum liberauerit ab infirmitatibus mentis, & corporis, vt dicit diuus Augustinus in can. sunt plures, & ibi Card. de Turrecremata, de pœnit. dist. 3. Diuus Thomas in 3. parte sum. q. 44. art. 3. in solut. ad secundum argumentum, vbi dicit, miracula fieri subitò, in istanti, & perfectè, & illum cæcum, de quo habetur Marc. 8. non recepisse statim visum, propter eius in fidelitatem, secundum Chrisost. vel secundum Bedam, quem Christus vno verbo totum simul curare poterat, paulatim curauit, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostenderet, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redit, facit tex. in cap. maiores, §. vbi adhuc de baptismo. Nec etiam ille cæcus recessit à præsentia Christi, quin totus efficeretur sanus. Non tamen poterat negari, quin essent gratiæ, quarum quotidie infinitum numerũ misericors Deus nobis elargitur, interceſſione Beatæ Mariæ, & aliorum Sanctorum. Nec obliuioni tradendum est, quòd in anno 1600. fuerunt pluuiæ magnæ, ferè per totum hyemem in Ciuitate Neapolitana, & æstate mortalitas hominum maxima. Et cum in sequenti hyeme incepissent de nouo pluuiæ, & secundũ Astrologos, ac signa cœlestia expectarẽtur maiores his, quæ fuerant in præcedenti, Neapoli-

Digitized by Google

politani inuocauerunt Diui Ianuarij huius Ciuitatis Patroni, & Protectoris patrocinium. Cuius caput cum sanguine, processionaliter cum magna deuotione per Ciuitatem detulerunt, & vix incepererunt deferre, mox serenitas magna facta est, quæ durauit per plures dies; nec sterilitas, aut mortalitas sequuta fuit, prout in anno præcedenti. In anno 1601. quædam mulier læthaliter cum baculo vulnerata à fratre in capite, vt omnia ossa capitis apparerent, & crederetur mortua, fuit ab ipso spoliata vestibus, & proiecta in profundũ puteum, profunditatis 96. palmorum, in quo sic vulnerata, sine vestibus, tempore hyemali, de mense Martij, absque cibo, & potu per multos dies permansit, & inuocatione Beatæ Mariæ de Carmelo à dicto puteo extracta fuit, ac post paucos dies perfectam sanitatem recepit, cum magna admiratione fidelium, & gratiarum actione. De qua gratia fuit capta informatio in Curia Archiepiscopali per me. In eodem anno, in Ecclesia Sanctæ Crucis Ciuitatis Neap. dum sacerdos celebraret missam, & sumpsisset Sanctissimũ Sacramẽtum, antequam sumeret sanguinem, cecidit de cælo fulmen, capellam, & altare deuastans, ac combussit partem corporalis sub calice prostrati, nec tetigit sanguinem, neque sacerdotem offendit, quod magna Dei misericordia factam fuisse patet, de nouo sacerdos consecra-

Digitized by Google

uit ſanguinem, miſſamque perfecit. Fuit autem dubitatum in Curia, quid de illo ſanguine faciendum eſſet, & an deberet aſſumi ab aliquo ſacerdote; & fuit dictum, quòd fulmen ſolet vinum, & alios liquores, quos attingit efficere pæſtiferos, & venenoſos, vt dicunt Chriſoſtomus Iauellus ſuper methoram cap. 4. tract. 8. in reſolutione 7. dubij, Conciliator in ſuo tract. de venenis; Et quamuis eſſet dubium, ſi fulmen tetigerat ſanguinem; tamen propter vehementem ſuſpictionem, nè tetigiſſet, fuit per Curiam reſolutum, quòd dictus ſanguis minimè ſumeretur; ſed reponeretur in aliquo vaſculo, & cum ſacris reliquijs conſeruaretur, iuxtà doctrinam Diui Thom. in 3. part. q. 83. art. 6. ad 3. in fine, qui id faciendum dicit, quando aliquod animal venenoſum cadit in calicem. Eſt etiam notãdum circà miracula, quòd non probantur per teſtes ſingulares. Archid. in cap. nec mirum, 26. q. 5. Abb. in conſil. 42. & teſtes deponentes de miraculis, debent, etiam non interrogati, reddere cauſam ſcientiæ. Bald. in l. ſolam, C. de teſtibus, nec probant, ſi dicant, ſcio quia vicinus, vt probat Maſcard. de probatio. concluſ. 1064. Et diligenter examinari debent, & de ſingulis circumſtantijs reſpondere, Abb. & alij in cap. venerabili, de teſtibus, & Epiſcopi cauti, quando miracula fieri dicuntur virtute ſacrarum imaginum, ſtatim faciunt

4

ciunt cooperiri imagines, Ianuas Ecclesiæ claudi, impediunt concursum hominum, donec diligens capiatur informatio, & veritas habeatur, cũ consilio Theologorum, & Iureconsultorũ, iuxtà Conc. Trid. sess. 25. de inuoc. & venerat. sanctorum.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta quis debeat ministrare existentibus in hospitali, Parochus, vel presbyter inseruiens hospitali?*

2 *Cura animarum, & potestas administrandi sacramenta possunt præscribi, & per quantum tempus.*

CAPVT LIX.

SOlet dubitari, an eo ipso, quòd est fundatum hospitale, possint ministrari sacramenta infirmis, à presbyteris seruientibus hospitali? Et veritas est, quòd non; sed à Parocho, in cuius parochia situm est hospitale; nisi id fuerit legitime præscriptum; siquidem cura animarum, & potestas administrandi sacramẽta; ẽt absoluendi à peccatis, possunt præscribi, & consuetudine induci, probatur in clem. quia contingit, §. cæterum, de religios. domib. vbi Gloss. Card.

1

2

Digitized by Google

Card. Imol. Anchar. requiritur tamen ſpatium 40. annorum ad inducendam hanc præſcriptionem, vt ibi dicunt Paulus, Card. & Imol. & ex his fuit dictum in Curia in ſimili caſu, quòd in quadam Eccleſia Ciuitatis Neapol. in qua adeſt conſeruatorium puellarum, non poterat matrimonium dictarum puellarum celebrari à Sacriſta dictæ Eccleſiæ; ſed à Parocho fieri debebat; niſi priuilegium Papæ eſſet in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Nundinæ, & mercatus an poſſint tolerari per Epiſcopos in diebus feſtiuis.*
2 *Conſuetudo eſt attendenda circa obſeruationem feſtorum.*
3 *Conſuetudo contra ius debet eſſe 40. annorum.*
4 *Laici non obſeruantes feſta, quomodo compellantur per Cur. Archiep.*

CAPVT LX.

1 IN Ciuitate Neapolitana in Eccleſia Diuæ Mariæ Annunciate; & in Eccleſia Spiritus ſancti in earũ feſtiuitatibus, cum duobus alijs diebus ſequentibus, fiebant nundinæ, ſiuè mercatus, quæ fuerunt ſublata per Curiam Ar-

Digitized by Google

Archiepiſcopalem ex bulla Pij V. incipiente, Cũ primũ Apoſtolatus officium, in qua diſtrictè præcipitur Ordinarijs locorum, quòd feſta obſeruari faciant, nè in eis fiant opera ſeruilia, mercatus, profanæ negotiationes, & iudiciorum ſtrepitus; quæ verba, præcipimus, obligant inobedientes ad peccatum mortale, iuxtà communem Doctorum opinionem in cap. nam concupiſcentiam, de conſtit. vbi latè Felyn. tantò magis, quando additur diſtrictè, vel arctè præcipimus, vt in cap. dolentes, de celebrat. miſſarum, vbi Lo. Andr. Anto. Abb. & clem. dudum, in principio, de ſepult. Nauar. cap. 23. nu. 53. & ſic, nec poterant per Arehiepiſcopum tolerari dictæ nundinæ, ſiue mercatus, abſque peccato mortali; & cùm magiſtri dictarum Eccleſiarum habuiſſet recurſum ad vrbem, Sacra Congregatio Concil. Trid. reſcripſit, nundinas ſublatas ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo non eſſe amplius reſtituendas; Si verò conſuetudo eſſet in contrarium, aliud videretur dicendum, iuxtà tradita per Nauar. in cap. 13. num. 5. dummodo ſit legitimè præſcripta, quæ cùm ſit contrà ius, requiritur ſpatium quatraginta annorum, Abb. Ant. Rocchus de Curte, & magis communis opinio in cap. fin. de conſuet. Itèm Curia Archiepiſ. Neap. vt cum omni veneratione dies feſtiui celebrentur laici, non obſeruantes feſta in ciuit. & diœc. Neap. ex edicto

Digitized by Google

cto dictæ Curiæ tenentur ſoluere libras centum ceræ laboratæ, & in ſubſidium imponitur pęna excommunicationis; & talis executio ſit per curſores præfatæ Curiæ; nec exigitur, niſi tantum pæna carolenorum trium; grauior tamen pęna in feſtiuitatibus Natiuitatis Domini, & Paſchatis Reſurrectionis, & multo grauior à reſiſtentibus curſoribus, eorum officium exequentibus; de quo etiam aliqua tetigimus ſuprà in cap. 13.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes multiplicatæ quot eſſe debeant, ad finem probandi ius patro.*

2 *Tempus immemorabile, ad finem probandi ius patro. quot annorum eſſe debeat?*

3 *Patronus, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi poſt Conc. Trid. an teneatur ſemper docere de titulo in qualibet vacatione; & aliter remoueri debeat à quaſi poſſeſſione.*

4 *Præſentationes multiplicatæ ad probandum ius patronatus, an omnes debeant eſſe antiquiſſimæ?*

5 *Immemorabilis non ſuffragatur, quando apparet de initio inualido; & an procedat cum mala fide?*

6 *Vſurpatio iuris patronatus in quibus perſonis præſumatur? & num. 7.*

8 *Teſtes de vniuerſitate an probent ius patronatus vniuerſitatis?*

9 Præ-

Digitized by Google

9 Præsentationes continuatæ per quod temporis spatium debeant esse in personis, ex quibus præsumitur usurpatio.

10 Continuatæ præsentationes an dicantur, si vna intermedia non sit continuata.

11 Præsentationes continuatæ per spatium 36. annorum, an debeant esse vltimæ, vel sufficiat, quod sint intrà tempus immemorabile.

12 Ius patronatus vniuersitatis an probetur per testes, si scripturæ sint deperditæ.

13 Præsentatio quando dicatur sortita effectum.

14 Ius patronatus an acquiratur ex sola constructione fundatione, vel dotatione, sine reseruatione.

15 Ius patronatus probatum ex immemorabili quasi possessione, quomodo censeatur probatum, an ex fundatione?

16 Ius patronatus an probetur ex confessione Episcopi?

17 Præsentationem debet sequi institutio, & captura possessionis, vt constituat aliquem in quasi possessione præsentandi.

18 Libri visitationum non probant ius patronatus; & quid probent.

19 Institutus, appellatione pendente ab institutione, an possit capere possessionem?

20 Ius patronatus quomodo transferatur titulo legati.

21 Consensus an possit impetrari in donatione iuris patronatus, post mortem donatarij?

22 Patronus, si est in quasi possessione, & præsentauit, si lis ab alio ei moueatur, qui prætendat ius præ-

sen-

sentandi, an debeat impediri institutio?

23 *Patronus, qui variare possit?*

24 *Ius patronatus præsumitur hæreditarium.*

25 *Patroni, quorum unus habet medietatem vocis; quatuor verò aliam medietatem, si habens medietatem & unus ex illis quatuor præsentent unum, reliqui tres alium, quis præferatur?*

26 *Jus patronatus an transeat cum venditione omnium bonorum, vel iuriums & an cum venditione Palatij?*

CAPVT LXIII.

FRequentissima est in Cur. Archiepisc. materia probationis iuris patronatus post Conc. Trident. cap. 9. sess. 25. de reform. de qua multi multa dixerunt, præsertim Parisius de confidentijs, q. 28. ego vero aliqua succinte, quæ in praxi in Curia Archiepiscopali occurrerunt, & quotidiè occurrunt, enucleabo: Et
1 primò, solet dubitari, quot præsentationes debent esse intrà tempus immemorabile? dũ Conc. dicto cap. 9. dicit debere esse multiplicatas; & fuit dictum ad minus debere esse tres; nam multitudo consistit in tribus, Gloss. in l. 1. §. hoc rescripto, ff. ad Syllanianum, Gloss. in §. fina. instit. de iure personarum, Fiuizanus etiam aduertit in decis. 17. facit decisio 6. de iure patr. Achill. de Grassis,

Digitized by Google

Grassis, vbi habetur ex tribus longissimis præ-
2 sentationibus probari iuspatronatus. Secundum dubium, quot annorum debeat esse tempus immemorabile, ad probandum ius patronatus; & communis opinio est, quòd lõgissimum tempus & immemorabile intelligatur cẽtum annorum, Cinus, Baldus in l. 2. C. de seruitutibus, Capella Tholosana decis. 440. Crauet. de antiquit. temp. in 1. parte num. 23. Menochius de arbitr. casu 3. Parisius vbi supra, qui multos cumulat. Contrariam opinionem, quòd tempus immemorabile sit minus centum annis, tenent Crauetta vbi supra, Menoch. d. casu 3. & consi. 1. lib. 1. & hanc opinionem crebriorem, & tutiorem dicit Simon de Petris, de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 5. dubitatione 4. num. 231. & sequent. propter hominis vitam valde abbreuiatã, & existimant Iudicem id debere arbitrari, secundum locorum aerem, & vitam inhabitantium, vt tempus 60. vel 70. annorum dicatur longissimũ, vel immemorabile, sequitur Fiuizanus d. dec. 17. &
3 id videtur verius. Tertium dubiũ, an patronus, qui est in quasi possessione præsentãdi post Conc. Trid. si de nouo vacet beneficium, & iterũ præsentet, teneatur ad instantiam Fisci de nouo docere de titulo; vel prius debeat fieri institutio, & manuteneri in possessione, & in Curia Archiepis. fuit pluries allegata quædam declaratio Sacræ

Digitized by Google

Congregationis super d. cap. 9. quæ ita se habet, patronus repelli non debet à sua quasi possessione, si adhibita causæ cognitione post Conc. Trid. est in possessione præsentandi: & Curia pluries decreuit patronum esse manutenendum in sua quasi possessione, saluis iuribus fisco in petitorio; alias numquam daretur finis litibus; & solet dici, quòd sententia facit de albo nigrum; secus, si ante Concilium; nam in d. c. 9. irritat iura patron. cum sua quasi possessione, nisi probetur titulus. forma d. c. 9. quod procedere respectu ordinarij, seu Fisci, non patronorũ; quia ius non resistit, dicit Fiuizanus dicta decis. 17. nu. 16. Quartum dubium, an omnes præsentationes, saltem tres, debeant esse de tempore immemorabili? & omnes debere esse antiquissimas, tenet Fiuizanus dicta decis. 17. ex verbis Concil. d. cap. 9. ibi (siuè etiam ex multiplicatis presentationibus per antiquissimũ temporis cursum, qui hominum memoriam.) Contrarium fuit determinatum in Curia Archiepiscopali, quòd sufficiat adesse vnam saltèm de tempore immemorabili, & alias sequẽtes; alioquin rarò probabitur ius patronatus; & probationum facultas non est angustanda, l. quoniam, C. de hæreticis, cap. quamquam, 14. q. 2. & verba Concilij sunt intelligenda ciuili modo, l. si cui, ff. de seruitut. Quintum dubium, an suffragetur immemorabilis, quãdo constat de initio inualido

uallido vitiosi tituli à principio? Et veritas est, q. non suffragatur, vt dicit Cravetta de antiquitate temporum, parte 4. c. absolutis, num. 3. Couar. in regul. possessor. 2. parte, §. 8. num. 4. Sic etiam non procedit immemorabilis, quando apertè cõstat de mala fide, Gloss. Franchus in c. 1. de præscript. in 6. Balbus de præscript. in 3. parte principali, de bona fide, q. 6. Couar. vbi supra. Sextum dubium, quæ nam sint personæ, in quibus præsumitur vsurpatio iurispatronatus, vltra vniuersitates, & communitates expressas in d. cap. 9. Sacra Congregatio censuit, tales esse potentes de familia, nempè Vrsinorum, Sabelliorum, & similium, Puteus decis. 57. lib. 1. Parisius dicta q. 28. Idem in Baronibus, & alijs habentibus iurisdictionem perpetuam temporalem censuit Sacra Congregatio; quod intelligo, quando tales prætendunt habere ius patronatus in loco, in quo exercent iurisdictionem, non in alio. Item iuspatronatus Parochianorum præsumitur ex vsurpatione, Puteus dicta decis. 57. Septimum dubium, an testes de vniuersitate probent ius patronatus vniuersitatis? & non probare, dicit Parisius dicta q. 28. sed in oppositum videtur veritas; quia in causis non criminalibus, quæ non afferunt commodum, vel incommodum hominibus vniuersitatis singulis, vt singulis; sed solùm ipsi vniuersitati, testes de vniuersitate probant, etiam si alij

6

7

adest-

adessent, Abb. Fel. Dec. in cap. insuper de testibus, Bart. in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuisione, Menoch. de Arbitrarijs, lib. 2. casu 106. qui testatur de communi. Nec allegata decis. Rotæ 134. li. 2. per Parisium obstat, si benè
9 consideretur. Octauum dubium, an in personis, in quibus præsumitur vsurpatio, debeãt esse præsentationes continuatæ per tempus immemorabile, vel per spatium 50. annorum, & debere esse omnes continuatas, scilicet vnam post aliam, per spatium temporis immemorabilis, videtur tenere Parisius d. q. 28. num. 256. Contrarium fuit dictum in Curia Archiepiscopali; quia Concilium id non dicit; sed, quòd sint continuatæ, per spatium 50. annorum, vt ex eius verbis clarè colli-
10 gitur. Nonum dubium, quæ dicantur continuatæ præsentationes, & tales dicuntur, quando vna sequitur aliam, est. n. continuatio rerum coniunctio, & subordinatio, quarum extrema inuicem se contingunt, vt latè per Marcum Antonium Bardum in tractatu de tempore vtili, cap. 1. Parisius d. q. 28. sed difficultas est, si non omnes præsentationes intrà tempus quinquaginta annorum sint continuatæ; sed adsit aliqua intermedia, non continuata, an sit satisfactum Concilio? Et videtur, quòd sic; quia verba sunt intelligenda ciuili modo, d. l. si cui, ff. de seruit. vt scilicet maior pars præsentationum sit continuata; & quid dicitur

citur continuum, etiam si aliquis actus sit intermedius, Ant. Abb. Fel. in prohemio decretaliũ, Dominicus Franch. in prohemio sexti, doctores in l. 1. ff. soluto matrim. Sed in contrarium videtur ueritas, quòd debeant omnes esse continuatæ; quia id ponitur pro forma, quæ est adimplenda specificè, & non largè inter prætanda; l. qui hæredi, l. meuius, ff. de cond. & demonst. & tales præsentationes continuatæ per spatiũ quinquaginta annorum, quæ probentur authenticis
11 scripturis, non est necesse, quòd sint ultimè, seù nouissimæ; sed sufficit, quòd sit intrà tempus immemorabile; nec Concil. Trident. dicit contrarium; & proindè probationum materia non est
12 angustanda, vt suprà dixi. Decimum dubium, si scripturæ authenticæ sunt amissæ; an possit probari omissio, & tenor scripturarum per testes, & difficultatem facit Concilium, quòd non confidit testibus, quãdo præsumptio est vsurpationis, quia hoc modo de facili eluderetur dispositio Concilij, & vbi militat eadem ratio, habet locũ eadem iuris dispositio, l. illud, ff. ad l. aquiliam. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. sed in contrarium videtur veritas; siquidem, etiam quando probatio per scripturas est de substantia, si sunt deperditæ, admittuntur testes, textus Clarus in cap. cum olim essemus, de priuileg. debent tamen testes, super amissione scripturæ deponentes,

Digitized by Google

tes, plura deponere, quæ notant Gloſſa, Innoc. Ant. & alij in d. cap. cum olim, & faciliter eorum depoſitio reijci poteſt, propter talia multa requiſita, vt notat Affl. deciſ. 301. Vndecimum dubium, quid ſibi velint illa verba Concilij d. cap. 9. aliaſq; ſecundum iuris diſpoſitionem, Pariſius dicta q. 28. dicit, quòd indicant alium modum acquirendi ius patronatus ex conſtitutione, dicens, quòd ſatis dicitur cõſtructa Eccleſia, ſi domus, aut fundus pro conſtructione aſſignetur, vt dixit Rota Caputaquen. deciſ. 133. parte 2. poſt Rocchum de iure patronatus, in verbo, & fundauit, q. 9. Alij dicunt, quòd poſſunt etiam intelligi de multiplicatis præſentationibus per tempus 40. annorum, ad finem præſcribendi ius patronatus, aduerſus alium patronum, quòd ſufficit non aduerſus Eccleſiam, iuxtà Lambertinũ de iure patronatus, 2. parte primi libri 5. art. 11.
13 q. principali; nec Concilium id ſubſtulit. Duodecimum dubium, quando præſentatio dicatur ſortita effectum? & tunc intelligitur, quando fuit ſecuta inſtitutio, & capta poſſeſſio, ex Conſ. Calderin. 17. de iure patronatus, quem ſequta eſt
14 Rota Caputaq. deciſ. 141. & 337. parte 2. Decimum tertium dubium, an ex ſola fundatione dotatione, vel conſtructione abſque expreſſa reſeruatione acquiratur ius patronatus, & probetur? Et communis opinio eſt, quòd acquiratur ius patro-

Digitized by Google

tronatus absque aliqua reseruatione; ità Staphil. de literis gratiæ, fol. 54. Card. Abb. Felinus in cap. significauit, de testibus, præsertim per illum textum, Lambertin. de iure patron. in 1. parte primi libri, artic. 4. 2. q. princip. qui testatur de
16 communi, licèt ipse dubitet de dotante. Decimum quartum dubium, quomodo intelligatur probatum iuspatronatus ex multiplicatis præsentationibus, per tempus immemorabile, si ex priuilegio, dotatione, vel fundatione, aut constructione, & Sacra Congregatio censuit intelligi probatum ex fundatione, idem Cassadorus decis. 7. de iurepatr. Achill. de Grassis, decis. 7. eo. tit. & hoc modo intelligendę sunt collationes Summi Pontificis Beneficorũ, dũmodo constent esse de iur. patr. ex fundatione, vel dotatione; quia sufficit probare multiplicatas præsentatio-
17 nes per tempus immemorabile. Decimum quintum dubium, an hodie per confessionem Episcopi probetur iuspatron. iuxtà Decium in authen. si quis in aliquo, C. de edendo, & latè tradita per Mascardum concl. 99. & non probari, cum sit data certa forma à Concilio, asserit decisum fuisse
18 in Vrbe Parisius, dicta q. 28. nu. 250. Decimum sextum dubium, an in personis, in quibus nõ præsumitur vsurpatio, sufficiat probare multiplicatas præsentationes, sine secutis institutionibus? & veritas est, quòd non cùm non possit patronus

Digitized by Google

dici in quasi possessione, quàm intendit Concilium, nisi sequatur institutio, & sit capta possessio, iuxtà dictum Consil. Calderini 12. de iure patr. & Rotam dicta decis. 172. & 339. & probata institutione intelligitur probata præsentatio, quæ præsentatio præsumitur facta in tempore, iuxtà Parisium latè vbi suprà nu. 237. Vltimò notandum iuxta eundem Parisium, nu. 229. quod illa verba Concilij, & alijs iure requisitis ostendatur, intelliguntur de alijs scripturis concessionibus, ex quibus potest constare de titulo dotationis, vel fundationis iuris patronatus. Notandum etiam, quod libri visitationum, licèt plenè probent quoad visitationem personarum, sacramentorum, & aliorum pertinētium ad officiū visitantium, iuxta decisionē Veralli 158. non tamen probant ius patronatus, cum fiant sine causæ cognitione, quæ requiritur in probatione iuris patronatus ex Conc. Trid. Item notandum, quòd frequenter in Cur. Archiepis. Aduocati dicunt præsentatum, facta institutione, esse immittendum in possessionem, non obstante appellatione interposita ab institutione, ex Lambert. de iure patron. in 5. artic. 11. q. princip. 2. part. 2. lib. cuius opinio non est recepta in Cur. Neap. ex Lancellotto de attent. cap. 12. limit. 49. qui dicit Rotā iudicasse contra Lambertin. Fallit in beneficio curato, ex bulla Pij V. In conferendis.

Præ-

Digitized by Google

20 Præterea quædam alia, in praxi occurrentia, notanda censui. Primò, quòd ius patronatus potest in alium transferri titulo legati, vel donationis; & si in laicũ requiritur consensus Episcopi; si verò in Ecclesiã non requiritur. Abb. & alij cõmuniter in cap. cùm seculum, de iurepatron. sed difficultas est, an valeat legatum iuris patron. futuri, sine consensu Episcopi, nempè, si testator mandavit creari beneficium, & quòd esset patronus illius talis extraneus, nullo interueniente consensu superioris. & in hoc casu veritas est, quòd ista voluntas potest mutari, & non dicitur iuspatronatus; & hæredes ipsius testatoris, siuè donatoris erunt patroni; cùm posteà interuenerit consensus Episcopi; ità notabiliter Lambert. de iurepatron. 2. part. lib. 1. 5. art. 6. q. princ. ex Card. in d. cap. cùm seculum. Secundò notandum, fuisse resolutum in Curia Archiep. assensum Episco-
21 pi posse subsequi in donatione iurispatron. etiam quando donatarius esset mortuus; ità quòd hæredes ipsius possent impetrare assensum ab ipso Episcopo, ex doctrina Afflict. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Federicum, q. 34. Item fuit
22 resolutum in Curia, quòd, quando aliquis est in quasi possessione iurispatron. & post præsentationem moueur sibi lis ab aliquo, prætendente ius patron. non debet retardari institutio; Idem dicendum, si fuerit mota lis ante litis contestatio-

Digitized by Google

nem; quia fructus præsentationis, ortus ex quasi possessione, non subiacet amplius restitutioni, ex doctrina Abb. in cap. cùm venissent, de restit. in integrum. & Lamber. de iure patro. prima part.
23 2. lib. in 4. art. 3. q. princ. Ad hæc notandum, q. patronus Ecclesiasticus, qui semel præsentauit, non potest variare; laicus verò sic, cap. cùm autem, de iurepatr. & ibi omnes; & ista variatio laici est intelligenda, vt possit cumulare; sed non recedere à prima præsentatione; nisi ex causa; quia peruenit ad eius notitiam præsentatum non esse idoneum, vel indignum, Lambert. 2. part. 2. lib. 2. art. 7. q. principal. Non tamen posset cumulare, vltrà duos, Calder. in cons. 16. de iure patr. latissimè Lamber. 23. art. d. q. 7. & quia patroni, quando præsentant, iurant non variare, nec cumulare, cautela est, vt obtineant absolutionẽ à iuramento; aliàs, variatio, seù cumulatio non est admittenda à superiore; si tamen patronus constituat procuratorem ad præsentandum, & iuret non reuocare, aliud est; quia posset reuocare; quamuis esset periurus: secùs, si iurauit non præsentare, nec cumulare; quia, cùm præsentatio fiat coràm superiore, ille debet eam reijcere,
24 vt latè per Lambert. 16. art. d. 7. q. princip. Insuper notandum, quòd ius patron. præsumitur hæreditarium, & transit ad hæredes, etiam extraneos, & qui non probat se esse hæredem, quamuis

uis sit consanguineus, non admittitur ad præsentandum, Abb. latè in d.c. cùm seculum, de iur. patro. & dicit Feder. de Senis, cons. 106. q, excluditur filia dotata non succedēs patri, prout in Regno nostro stantibus masculis; si tamen testator ordinauerit, q, ad hæredes sanguinis transeat ius patron. transibit ad eos, etiam quòd non sint hæredes, vt dicit Petrus de Anchar. in consil. 81. latè Lamber. 2. part. primi lib. 2. art. 2. q. princip.

25 Vlterius notandum, quòd cum in iure patronatus succedatur in stirpes, & non in capita, clem. plures, de iur. patron. si plures hæredes vnius habentis vocem cum alio, qui pro vno habentur, discordant inter se, an sit attendenda maior pars eorum, vel habebitur ratio, etiam minoris partis? itaque, si ista minor pars concurrat cum alio cōpatrono, habente medietatē vocis, præferatur maiori parti, & veritas est, quòd attenditur maior pars eorum, & minor pars non est in consideratione; sed absorbetur à maiori; itaquòd, si sint discordes cum compatrono principali, magis idoneus erit præferendus; aliàs erit locus gratificationi; ità Card. Imola, Bonif. & alij in d. clem. si plures, Lambertin. qui testatur de communi 2. part. primi lib. 27. articulo primæ quęst. princip.

26 Notandum etiam, ius patronatus non transire cum venditione vel donatione omnium bonorū, quia dicta venditio, aut donatio resoluitur in ven

ditio-

Digitized by Google

ditionem, vel donationem singularium rerum; nisi in dictis bonis venditis, aut donatis, adesset aliquod vniuersale nomen iuris, putà castrum, villa, continens ius patron. vel hæreditas, cùm sit quid vniuersale, communiter Doct. in cap. ex literis, de iur. patr. qui limitant, quando in hæreditate vendita non esset, nisi solum in spatio. vel paulo plus, adeo, quòd pretium videatur datum potius pro iure patr. quàm pro hæreditate. Idem esse in donatione omnium iurium, probat Lambert. 2. part. primi lib. in 6. artic. 4. q. princip. In donatione verò palatij, in quo est ius patro. siue aditus habeatur ab ipso palatio, siue extrà, communis opinio, & tutior est, vt non veniat ius patr. de qua testatur Lambert.

SVMMARIVM.

1 *Exempti omnes, etiam regulares, tenentur accedere ad publicas processiones.*

2 *Processiones publicæ, quæ dicantur.*

3 *Regulares an teneantur accedere ad orationem quadragintahorarum extrà propria monasteria.*

4 *Regulares, qui absunt à Ciuitate, an teneatur accedere ad publicas processiones.*

Clerici qui teneantur accedere ad processiones.

5 *Bulla Greg. 13. super precedentia in processionibus.*

6 *Confraternitates laicorum an teneantur accedere ad processiones.*

Digitized by Google

8 *Controuersiæ si oriantur inter laicos in processionibus an ad Episcopum spectet illas dirimere?*

CAPVT LXIII.

1 IN Concilio Tridentino c. 13. sess. 25. de regular. possunt ab Episcopo compelli accedere ad processiones publicas omnes exempti, tã clerici seculares, quàm regulares, exceptis illis, qui in strictiori claufura viuunt: quæ autem sint istæ processiones, & quomodo, & ad quas Ecclesias sint dirigendæ, Sacra Congregatio remittit arbitrio Episcopi, nempè, si indicantur pro bono publico, vel aliàs sint solitæ, & publicæ, vt in festo Corporis Christi, in Litanijs maioribus, in Iubileis, in Rogationibus, vel vt dicit Abb. in cap. nimis prauæ, el 2. de
2 excessibus Prælat, & in c. dilectus, de offi. Ordin. quæ fiunt ex magna causa vt in nouo aduentu Episcopi, vel Legati, vel imminente peste, vel alio flagello, & similibus. Declarauit tamen Sa-
3 cra Congregatio, non teneri regulares accedere ad Ecclesias extra propria monasteria, pro celebratione orationis 40. horarum, sed quando toti populo dicta oratio indicitur, tenẽtur in propriis
4 Eccles. huiusmodi orationi insistere. Declarauit etiam Sacr. Congreg. non teneri regulares exemptos

Digitized by Google

ditionem, vel donationem singularium rerum, nisi in dictis bonis venditis, aut donatis, adesset aliquod vniuersale nomen iuris, putà castrum, villa, continens ius patron. vel hæreditas, cùm sit quid vniuersale, communiter Doct. in cap. ex literis, de iur. patr. qui limitant, quando in hæreditate vendita non esset, nisi solum ius patro. vel paulo plus, adeo, quòd pretium videatur datum, potius pro iure patr. quàm pro hæreditate. Idem esse in donatione omnium iurium, probat Lambert. 2. part. primi lib. in 6. artic. 4. q. princip. In donatione verò palatij, in quo est ius patro. siue aditus habeatur ab ipso palatio, siue extrà, communis opinio, & tutior est, vt non veniat ius patr. de qua testatur Lambert.

SVMMARIVM.

1 *Exempti omnes, etiam regulares, tenentur accedere ad publicas processiones.*

2 *Processiones publicæ, quæ dicantur.*

3 *Regulares an teneantur accedere ad orationem quadraginta horarum extrà propria monasteria.*

4 *Regulares, qui absunt à Ciuitate, an teneatur accedere ad publicas processiones.*

Clerici qui teneantur accedere ad processiones.

6 *Bulla Greg. 13. super precedentia in processionibus.*

7 *Confraternitates laicorum an teneantur accedere ad processiones.*

Digitized by Google

2 *Controuersiæ si oriantur inter laicos in processionibus an ad Episcopum spectet illas dirimere?*

CAPVT LXXII.

1 EX Concilio Tridentino c. 13. sess. 25. de regular. possunt ab Episcopo compelli accedere ad processiones publicas omnes exempti, tã clerici seculares, quàm regulares, exceptis illis, qui in strictiori clausura viuunt: quæ autem sint istæ processiones, & quomodo, & ad quas Ecclesias sint dirigendæ, Sacra Congregatio remittit arbitrio Episcopi, nempè, si indicantur pro bono publico, vel aliàs sint solitæ, & publicæ, vt in festo Corporis Christi, in Litaniis maioribus, in Iubileis, in Rogationibus, vel vt dicit Abb. in cap. nimis praua, el 2. de
2 excessibus Prælat, & in c. dilectus, de offi. Ordin. quæ sunt ex magna causa vt in nouo aduentu Episcopi, vel Legati, vel imminente peste, vel alio flagello, & similibus. Declarauit tamen Sa-
3 cra Congregatio, non teneri regulares accedere ad Ecclesias extra propria monasteria, pro celebratione orationis 40. horarum, sed quando toti populo dicta oratio indicitur, tenẽtur in propriis
4 Eccles. huiusmodi orationi insistere. Declarauit etiam Sacr. Congreg. non teneri regulares exemptos

Digitized by Google

ptos accedere ad processiones, si absunt à Ciuitate vltrà dimidium miliare. Solet autem dubitari, an omnes clericis teneantur accedere ad processiones? & de iure, secundum Felyn. in d.cap. dilectus, non tenentur accedere, nisi, qui coguntur venire ad synodū: Sed ad synodum tenentur solùm accedere regulariter habentes curam animarum, Gloss. in cap. quòd super his, de maior. & obedientia, & omnes alij beneficiati, vt in Conc. Tridentino, sess. 24. cap. 2. de reformat. & successiuè solùm prædicti tenentur accedere ad processiones. Archidiaconus verò in c. quando, distin. 38. dicit, quòd omnes clerici diœcesis tenentur accedere ad litanias, quæ fiunt singulis annis in maiori Ecclesia, scilicet, in rogationibus, vt ibi dicit Gloss. & sic ad processiones publicas; quia ille textus equiparat litanias, & Synodum, & omnes clerici diœcesis tenentur accedere ad synodum, secundum ipsum. Verum Sacra Congregatio Conc. Trident. declarauit his verbis. Congregatio Conc. censuit, clericos omnes diœcesanos, quantumuis exemptos, si beneficia etiam simplicia in diœcesi obtineant, teneir & compelli posse ab Episcopo, vt accedant ad processiones. Item fertur declarasse, vt non solùm beneficiati; sed etiam obtinentes officium in Ecclesijs, teneantur accedere ad processiones; & officium obtinere potest dici, qui deseruit

pro

pro capellano, etiam in Ecclesijs exemptis; & Neapoli ità seruatur. Si autem clerici longè abessent à Ciuitate, ex consuetudine non tenentur accedere, vt dicunt Gemin. & Præpos. in d. cap. quando; sed tantum vicini. De præcedentia verò in processionibus inter regulares, & clericos sæculares, multa tradit Card. Alexand. in c. concilia, §. Episcopos, 17. distin. quem vide. placet tamen hoc loco referre bullam Gregor. XIII. super præcedentia in processionibus, quæ talis est.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

EXposcit, & infra. De nobis attributę potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd quicunq; ex dictis Fratribus mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut cõfraternitatum prædictarum inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, seu iuris præcedendi sunt, ij, (quibuscunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & alijs subterfugijs prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in proces-

Digitized by Google

fionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere
2 debeant: quando vero non probetur, aut non
conſtet de quaſi poſſeſſione præcedentiæ huiuſ-
modi, inter fratres quidem mendicantes ij, qui
antiquiores in loco controuerſiæ, inter Confra-
tres vero inter ſe litigantes ij, qui prius ſaccis vſi
ſunt, in proceſſionibus, tam publicis, quàm pri-
uatis præcedere debeant: ita vt, ſi contingerit no-
ua monaſteria, aut domos alicuius ordinis mẽdi-
cantiũ erigi in loco, in quo alterius ex dictis men-
dicantibus monaſteria, aut domus prius erecta, &
inſtituta ſint, ille ordo, qui prius monaſterium,
ſeu domum in loco habuerit, præcedat. Præte-
reà fertur Sacram Congr. cenſuiſſe confraterni-
7 tates laicorum non poſſe compelli accedere ad
proceſſiones; ſed tantum Epiſcopum poſſe eos
8 inuitare. Sed eſt dubium, an ad Epiſcopum ſpe-
ctet definire controuerſias, quæ inter confrater-
nitates laicorum, quando accedunt ad proceſ-
ſiones, oriri ſolent, quemadmodum inter Eccle-
ſiaſt. poteſt, iuxtà d. c. 13. & quòd ad Epiſcopũ
ſpectet, facit, quòd laici in omnibus actionibus
ſpiritualibus, & cõcernentibus cultum diuinum,
ſubſunt iudicio Epiſcopi, Bart. in l. fin. ff. de col-
leg. illicitis, quoad temporalia laicis, ſequitur
Nauar. conſi. 3. de foro compet. vbi declarans,
quæ ſint iſtæ actiones ſpirituales, cenſet eſſe actũ
confitendi, communicandi, audiendi miſſas, ſe-

pe-

Digitized by Google

peliendi mortuos in loco sacro, vel non sacro cũ illis, aut illis ceremonijs; Item præscribere modum, & ordinem incedendi in processionibus comitandi Sanctissimum Sacramentum, deferẽdi habitum; Idem tenet Io. Vinc. de Anna doctor eximius in suo singulari tertio, dicens nõ potuisse consilium Neap. iudicare super præcedentia in processionibus inter certas confraternitates laicorum, cùm sit causa spiritualis, quamuis inter laicos. Sciendum etiam Sacram Congregationẽ nuper rescripsisse Curiæ Archiep. Neap. omnes exemptos teneri accedere ad processiones, iuxtà d. cap. 13. etiam si haberent priuilegium in limine fundationis in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia coràm Ordinarijs quibus ex causis resignari possint.*

2 *Resignatio beneficij clerici, scandalosè viuentis, sine alia causa ab Ordinariis recipi potest.*

3 *Beneficia tria, non sufficientia ad victum, sine dispensatione obtineri non possunt.*

4 *Beneficia, quæ vacent ipso iure per assecutionẽ aliorũ.*

5 *Beneficia sub eodem tecto, quæ retineri possunt.*

6 *Pœna nulla imponitur Ordinario, admittenti resignationem sine causa; sed resignatio est nulla.*

7 *Beneficia, resignata coràm ordinarijs non possunt ab*

Digitized by Google

ipsis conferri suis, vel consanguineis, vel familiaribus resignantium.

8 *Beneficij ad cuius titulum quis est ordinatus, si resignationem admittat Ordinarius, ipse tenetur alere resignantem; & resignatio valet.*

9 *Beneficia, lite pendente, an resignari possint? quando inquisitus per sententiam veniret priuandus beneficio.*

10 *Resignationem beneficij non potest recipere, qui ex priuilegio cõfert.*

11 *Permutatio beneficij ex qua causa fieri debet.*

CAPVT LXIV.

QVotidiè dubitatur, quando Ordinarius possit recipere resignationes beneficiorum? super quo emanauit bulla Pij V. incipiens. Quanta, de anno 1568. quam substantialiter referam. Præcipitur enim in ea, resignationes quorumcunq; beneficiorum esse nullas, & irritas, si ab Ordinarijs recipiantur, sine aliqua ex infrascriptis causis; nempè, si resignantes sint.

1 *Senio confecti.* Qui verò dicantur senes, remittitur arbitrio boni viri, Menoch. de arbitrarijs, casu 59. qui, considerata qualitate personæ, iudicabit senem 50. 60. vel 70. annorum; & consideratis etiam oneribus beneficij, Parisius de resigna-

Digitized by Google

gnatione beneficiorum, lib. 5. quæst. 6.

Aut valitudinarij. Quòd etiam remittitur arbitrio Iudicis, Menoch. casu 60. num. 5. eod. lib. & est communis, Parisius vbi suprà, & dicta infirmitas debet esse frequens, adeo vt beneficiatus non possit muneri sibi iniuncto satisfacere, Geminianus in c. 1. de clerico ægrotante, in 6.

Aut corpore impediti. Vt sunt leprosi, paralitici; laborantes scabiei specie, quã Fisici Drioram vocant, Apopletici; habentes morbum comitialem; lunatici; laborantes morbo gallico, qui producit vlcera; habentes chyragram continuam, vel frequentem, siuè manum tremolam, quæ exempla ponit Parisius, vbi supra.

Aut corpore vitiati. Vt sunt cæci, claudi, habentes manum mutilatam, crus abscissum, vel adeo contractum, vt sit opus ligneo pede. Gibbosi, habentes pedem fractum cum magna deformitate, iuxtà Archid. in cap. hinc etenim, distin. 49. & tandem secundum Parisium, vbi suprà diminuti qualiter parte corporis notabili.

Aut crimine obnoxi. Exemplifica in casibus in quibus clerici sunt priuandi beneficijs, arg. cap. nisi cum pridem, de renu. vt sunt homicidæ, simoniaci, adulteri, concubinarij, qui post monitionem non resipiscunt, substinentes excommunicationem per annum, vel vltrà, iuxta Abb. & alios in cap. 1. de iudicijs. Periuri Fel. in cap. ex

par-

Digitized by Google

parte, de rescriptis. Blasphemi, c. si quis per capillos, 22. q. 1. & similia delicta committentes, Parisius vbi supra.

Censurisq; Ecclesiasticis irretiti. Vt sunt excommunicati, suspensi, vel interdicti, iuxtà cap. quærenti, de verbor. signif.

Aut qui nequeunt Ecclesiæ, vel beneficio inseruire. Vt sunt omnes irregulares, exules, & similes. Potest etiam poni exemplum in eo, qui habet capellaniam in Ciuitate Neapolitana, & obtinuit beneficium, requirens residentiam in alia diœcesi, & non potest commode inuenire substitutum, qui celebret Missas in d. capellania, vt sæpè contingit in hac Ciuitate; quia poterit admitti resignatio capellaniæ, cùm id dicatur fieri non posse, quod commodè fieri nequit, l. nepos proculo, ff. de verb. signific.

2 *Aut non debent Ecclesiæ vel beneficio inseruire*. Vt sunt, qui turpiter, & scandalosè viuunt, qui licèt possint seruire tamen, propter eorum scandalũ, non debent; & tales posse priuari, dicit Concil. Trident. sess. 21. de refor. cap. 6. & ex scandalo inducitur irregularitas, Host. & Abb. in cap. cũ de tua, de corpore vitiatis, vel alij, qui in seruitio Ecclesiæ dant scandalum; vt sunt lunatici, patientes stomaci langubrem, siue vomitum, illiterati, imperiti, quibus dandos esse coadiutores, dicit Concilium Tridentinum, de refor. sess. 21. d. c. 6. &

Digitized by Google

6. & Pariſ. de reſignatione loco citato.

3 *Seu, qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerit, aut quos ad aliud contingerit promoueri*. Quod intelligi debet, quando ſimul retineri non poſſunt, vt ſi vnum ſufficiat ad victum, Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 17. quod ſi non ſufficit ad victum, non poteſt obtineri, niſi aliud tantum; ſed non tria, vel plura, ſine diſpenſatione Papæ; quamuis non ſufficiant ad victum; & ita ſeruatur in Vrbe; quicquid dicat Hoiedus de incompat. benefic. 2. part. cap. 1. & Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſ. Card. Geſualdus Archiep. Neap. obtinuit à Papa poteſtatẽ diſpenſandi cum obtinentibus quinque beneficia ſimplicia, non ſufficientia ad victũ. Quæ autem dicantur ſufficientia, remittitur arbitrio boni viri, iuxtà latè tradita per Nauar. in miſcell. 62. de oratione, & per Pariſium vbi ſup. eſt enim habenda ratio nobilitatis, dignitatis perſonæ, literaturæ· familiæ, conſuetudinis regionis.

Hinc arbitror, canonicum Neapol. poſſe obtinere beneficium, quorum redditus aſcendant ad ducatos quingentũ in anno, ſine diſpẽſatione; nec habenda eſt ratio de patrimonio, quod poteſt clericus conſeruare, & redditus beneficij in proprios vſus conuertere, Innoc. & Abb. in cap. Epiſcopus, de præbend. Couar. in cap. 2. de teſtam. Pariſius vbi ſupra.

Notandum, quòd per aſſecutionem alterius bene-

Digitized by Google

beneficij, sufficientis ad victum, non vacat pri-
4 mum beneficium ipso iure; nisi dicta beneficia essent curata, dignitates, vel personatus, de quibus solùm loquitur textus in c. de multa, de præbendis; vel si quis adipiscatur alium canonicatũ in eadem Ecclesia; tunc primus vacat ipso iure, cap. literas, de conces. præbend. Hoyed. de incompatibil. beneficio. cap. 12. vel, si quis adipiscatur aliud beneficium sub eodem tecto, quãdo est vniforme, dicto cap. literas. Alia verò beneficia incompatibilia non vacant ipso iure; sed datur electio, cap. referente, cap. præterea, de præbend. Nauar. cons. 17. 18. & 19. de præbendis. Quando tamen quis adipiscitur secundum beneficium curatum, dignitatem, vel personatũ, tenetur primum simile quàm primùm verbaliter, & de facto coràm Ordinario, & cum publico testimonio dimittere, & resignare; aliàs carebit vtroque, vt in extrauag. Execrabilis. de præbendis, & ex prædictis notandum summopere putaui; nam frequenter in Curia Archiepis. occurre-
5 re solet, quòd beneficia plura sub eodem tecto retineri non possunt, si sunt vniformia, seu similia, vt duo canonicatus, & duæ dignitates; secus, si difformia, Lapus allegatione 117. Fel. in cap. ex parte, de rescript. Miles in repert. in verbo beneficia, Rebuff. in praxi de non promotis intra annum, Nauar. in consil. 16. de præbend. & est com-

Digitized by Google

communis, quicquid dicat Hoiedus vbi supra, c. 20. & difformia sunt duæ capellaniæ cum onere celebrandi missas. Item canonicatus, cũ capellania. Item Thesaurarius potest retinere capellaniã in eadẽ Ecclesia, Nauar. notabiliter cons. 16. & 21. de præb. Item rectoriam, & capellaniã, licet habere, Lapus d. alleg. 117. quem sequitur Franch. in cap. 1. de consuet. in 6. Tria verò beneficia, etiam difformia sub eodem tecto non possunt retineri, sine dispensatione Papæ; prout seruatur in Vrbe. Est etiam aduertendum, quòd alia beneficia vltrà prædicta, quæ diximus vacare ipso iure per assecutionem aliorum, quamuis sint incompatibilia cum alijs non vacant ipso iure, etiam post Conc. Trident. cap. 4. sess. 7. de refor. vt censuit Rota diuersorum, part. 1. decis. 484. Nauar. d. cons. 17. de præb.

Aut ingressuri religionem, vel matrimonium contracturi, si statim re ipsa id exequantur. Sponsalia verò nõ sufficiunt, & si Episcopus admittat resignationẽ illius, qui ingressus est religionem, non potest illud conferre ante professionem iuxtà cap. beneficium, de regul. in 6. Paulus Fuscus de visitatione, lib. 2. cap. 28. Parisius, loco citato.

Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij commorari. Istæ sunt causæ, quæ ponuntur in d. constit. Pij V. nulla tamen imponitur pœna ordinarijs, admittentibus resi-

Digitized by Google

gnationes sine causa, vel aliqua ex prædictis; sed tantum resignatio est nulla, vt optimè aduertit Parisius vbi sup. Imponitur tamen in d. bulla pœna Ordinarijs, conferentibus beneficia, ex prædictis causis resignata, suis, vel resignantium cõsanguineis, affinibus, familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, vt sint suspensi à collatione beneficiorum, & officiorum, electione, præsentatione, confirmatione, institutione; & quoad capitula, & conuentus, imponitur suspensio à diuinis; donec à Papa absolutionis beneficium consequantur; & collationes, talibus factæ, sunt nullæ, & irritæ. Debent tamen Ordinarij animaduertere, quòd constituti in sacris, si volunt ex prædictis causis resignare beneficia, debent habere vnde se alant; nisi ingredi sint religionem, vt in d. bulla Pij V. continetur.

8 Est etiam notandum, quòd ex Conc. Trident. cap. 2. sess. 21. de refor. beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus in sacris, resignari non potest, nisi aliundè habeat, vnde se alat; & mentionem faciat, quòd ad illud beneficium fuit promotus; & quod habet, vnde viuere possit. Declarauit tamen Sacra Congr. Conc. Trid. quod si Ordinarius admisit resignationē beneficij, ad cuius titulum, quis fuit promotus, resignatio tenet; sed Ordinarius tenetur ministrare alimenta, de

Digitized by Google

de proprio dicto resignanti, arg. cap. Episcopus, de præbendis, de qua declaratione facit etiam mentionem Parisius, dicto tractatu, lib. 2. q. 6.

9 Notandum etiam in materia resignationis beneficiorum, quòd frequenter in Curia Archiep. Neap. dubitari solet, an beneficia possint resignari, inquisitione pendente, quando inquisitus veniret priuandus beneficijs in sententia, tàm coram Papa, quàm coram Ordinario? Veritas est, quòd possunt resignari simpliciter, etiam, post conclusum in causa, etiam, appellatione pendente à sententia priuationis: non tamen ad fauorem alterius. quando testes sunt recepti, & nihil restat, nisi sententia ferenda, iuxtà communẽ opinionem, de qua testatur Parisius d. tractatu, lib. 2. q. 16. nec quando inquisitus sciuit impetrationem factam à tertio de suo beneficio; quia tunc non potest renunciare in fauorem alterius, ità Parisius vbi supra, ex Butrio cons. 43. Boer. decis. 205. Lancell. de attentatis, cap. 5. num. 10. latissimè D. Campanilis super ritu 6. Cur. Arch. qui multa dicit.

10 Notandum etiam, quòd laicus, qui ex priuilegio habet potestatem conferendi aliqua beneficia, vt est Rex in hoc Regno, non potest recipere resignationes beneficiorum, vt dicit Card. in clem. 1. de renunciat. vbi etiam Imola, nec immemorabilis suffragatur laico incapaci Io. Mo-

Digitized by Google

nachus,& Io.And.in c.2.de præbend.in 6.Pariſ. lib.7.q.10.& ſic in anno 1599.D.Cæſar Fogla Rector Sancti Angeli ad ſignum fuit coactus reſignare d.beneficium in manibus Illuſtriſſimi,& Reuerendiſſimi Card.Archiepiſc.licet ei fuiſſet collatum à Prorege, & fuit dictum non eſſe verum, quòd dicit Pariſius d.q.10.quod Proreges Regni Neapolitani, ex priuilegio recipiant reſignationes, quia non reperitur tale priuilegium.

SVMMARIVM.

1 *Concurſus in vacatione Eccleſiæ parochialis quando fieri debet.*

2 *Concurſus non debet fieri, quando cura animarum ſpectat ad collegium, vel in permutatione parochialiũ, & quid in iure patronatus, & quando ex alia cauſa omitti poſſit.*

3 *Epiſcopus, vel eius Vicarius, an habeant votum in examine per concurſum.*

4 *Electio, ſeu approbatio examinatorum in parochiali, quæ eſt de iure patronatus ad quem ſpectat.*

5 *Appellari an poſſit ab electione facta in concurſu.*

6 *Concurſus, quando ſit an quilibet de populo poſſit nominare.*

7 *Approbatus tãquam magis idoneus de literatura, an ſemper ſit aliis præferendus in concurſu parochiæ.*

8 *Epiſcopus conferens parochiam digno omiſſo digniori non ſolùm peccat mortaliter, ſed tenetur ad reſtitut.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXV.

EX Concil. Trident. cap. 18. sess. 24. de reformatione, quando vacat Ecclesia parochialis, debet fieri concursus iuxtà formam dicti capituli, aliàs collatio est nulla & irrita, & Papæ posteà reseruata, vt etiã habetur in bulla Pij V. incipiente. In conferendis, & debet fieri concursus etiã in beneficijs Sedi Apostolicæ reseruatis, nam Episcopus proponit edictum concursus, examinat concurrentes approbat, & transmittit approbationem Sedi Apostolicæ, à qua fit prouisio magis idoneo reperto ab examinatoribus synodalibus, vt in d. cap. 18. & d. Bulla Pij V. In conferendis. Fit etiam concursus ab Episcopo, quando collatio spectat ad inferiores, quia Concilium Tridentinum committit hoc solis Episcopis, vnde alij excluduntur, & ita pluries fuisse resolutum, dicit Parisius de resignatione benefic. lib. 8. q. 9. Fit etiam concursus in parochialibus vacantibus ex causa resignationis simplicis, vt in d. cap. 18. & si Episcopus infra sex menses non confert parochialem seruata, dicta forma collatio deuoluitur ad Papam. Idem si infra quatuor menses non notificet approbatos Papæ, quando collatio spectat ad Papam; Item

quan-

quando infra duos menſes non inſtituit præſentatos à patrono laico, poterit patronus adire Papam, vel Metropolitanum, vel viciniorem Epiſcopum pro inſtitutione, vt habetur in dicta bulla Pij V. debet etiam fieri concurſus etiamſi Epiſcopus vellet conferre parochiam ſuo Vicario, vel alteri, quamuis doctiſſimo; nam debet examinari, vt pluries declaraſſe Sacram Congregationem refert Pariſius, vbi ſup. Non tamen fit concurſus, quando cura animarū ſpectat ad collegium, ex cap. ſtatutum, de electione in 6. & ità declarauit Sacra Congregatio, in vna hebdomadaria collegiatæ Eccleſiæ Sancti Ioannis maioris de Neap. nec fit concurſus in permutationibus beneficiorum; nec in reſignatione conditionali in fauorem alterius, Pariſius vbi ſuprà, nec etiam in parochialibus, quæ ſunt de iure patronatus laicorum; nam in eis ſeruabitur diſpoſitio dicti c. 18. niſi aliter in fundatione cautum ſit: fit tamen concurſus in iure patronatus Eccleſiaſtico, quod procedit, etiam ſi partim Eccleſiaſticum, & partim laicale ſit, etiam ſi pro duabus partibus ſpectet ad laicos, & pro vna ad Eccleſiam, cum in omnibus iſtis caſibus ius patronatus iudicetur Eccleſiaſticum, & non laicale, iuxtà tradita per Rochum de iure patron. in verbo ius 2. quæſt. & per Lambertinum de iure patron. lib. 1. prima part. 2. art. 1. q. princip. Et in iſtis caſibus poterit

Epi-

Digitized by Google

Episcopus admittere alios clericos, vltra nominatos à patrono Ecclesiastico, nisi in institutione, vel fundatione aliter cautū esset, tunc enim non debebit præsentatus examinari citra cōcursum, & approbari ab Ordinario, vt declarauit Sacra Congregatio, & habetur etiam in Archiep. Bononien. de examine per concursum, quod fuit approbatum à Sacra Congregatione. Potest etiā omitti examen per concursum, ex causa, si non sunt, qui velint se subijcere examini; vel orian-tur aliquæ rixæ; aut, si ex oblatis nullus idoneus reperiatur; poterit tunc per alios decem dies pro-rogari examen; quod si nemo etiam se obtulerit, procedetur sine examine, vt in d. cap. 18.

4 Notandum tamen, quòd examen est faciendum coram Episcopo, vel eius Vicario, absque ipsorum voto decisiuo, & tantum ipsi possunt accedere, vbi vota sunt paria, vel singularia, vt declarauit Sacra Congregatio, Parisius d. q. 9.

5 Item pluribus approbatis in patronatu Ecclesiastico ad patronum spectabit gratificatio, si ad Episcopum spectet collatio, non ad inferiorem; cùm verò institutio ab alio, quàm ab Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligit digniorem, quem patronus præsentat ei, ad quem institutio spectat, vt in d. Archiep. Bononiensi; & ita censuit Sacra Congregatio.

Item à reiectione examinatoris non licebit appel-

Digitized by Google

pellare, sed à mala electione Episcopi; sic verum appellatio interim non suspendit executionem ex Conc. Trid. d. cap. 18. & bulla prædicta, Parisius, vbi sup. & tempus quatuor mẽsium datum Episcopis ex bulla Pij V. non currit, nisi à die scientiæ, vt tenuit Rota, teste Paris. vbi sup.

6 Item notandum, quòd quando fit concursus, potest quilibet de populo aliquos nominare pro cura animarum, vt dicitur in d. cap. 18. & in dicto concursus in Curia Archiepis. in speciæ dicitur, vt quicumq; aptos ad dictam curam nominare voluerit nominet.

7 Item notandum, quòd si aliquis ex concurrentibus fuerit repertus magis idoneus doctrina non est semper præferendus alijs, qui sunt idonei doctrina; quia possunt esse magis idonei ætate moribus, sufficientia, prudentia, non enim concilium restringit se ad literaturam, tantum vt in d. c. 18.

8 Vltimo menti tenendum, quòd licet Episcopus cõferendo beneficium digno omisso digniori peccet mortaliter, & non teneatur ad restitutionem, tamen quando ex aliquo statuto, vel lege beneficium, vel officium debetur digniori reperto in concursu, Episcopus, non solum peccat, sed tenetur ad restitutionem, si minus digno conferat iux. notab. dicta per Nauar. c. 17. n. 64.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Potestas Episcoporum vigore Conc. Trid. sess. 24. de refor. cap. 6. hæc interpretanda.

2 Occultum delictum, quod dicatur, iuxtà terminos, c. 6. sess. 24. de refor. Conc. Tridentini.

3 Famosum delictum, an dicatur occultum, iuxtà cap. 6. sess. 24. de refor.

4 Publicum an dicatur delictum, si ab Eccles. tolleratur; & quid? si actus delicti sit publicus; sed delictum ignoratur; & alia circa hanc materiam.

5 Delictum, quando dicitur deductum ad forum contentiosum. & quid? si inquisitus transegit cum Curia num. 6.

7 Irregularitas ex defectu natalium, vel perfectæ lenitatis, an dicatur ex delicto.

8 Homicidium voluntarium, quod dicatur, iuxta terminos cap. 6. sess. 24. de refor. Conc. Trident.

9 Conc. Trid. sess. 24. de refor. an procedat in mutilante voluntariè.

10 Episcopus, an possit absoluere à casibus, reseruatis in bullâ cœnæ post Conc. Trident. 11

12 Episcopus, an possit rehabilitare inhabiles ad officia, & beneficia, vigore c. 6. sess 24. de refor. Conc. Trid.

14 Episcopus, an post Conc. Trid. dispenset in adulterio, & alijs delictis, iuxtà cap. at si clerici, §. de adulterijs, de iudiciis.

15 Episcopus, an possit post Concil. Trid. dispensare cum

Digitized by Google

homicida voluntario ad ordines, & beneficia? & an cum mea suali?

16 Episcopus, an possit alijs delegare potestatem absoluendi, vigore cap. 6 sess. 24 de refor. Conc. Trid.

17 Episcopus potestate sibi concessa à Concil. Trid. cap. 6. sess. 24. de refor. non vtitur extra Diœc. & quid de consensu Ordinarij, & alia ad hanc materiam.

18 Absolutio à censuris, vigore c. 6. sess. 24. de refor. an debeat esse sacramentalis?

19 Episcopus an possit absoluere regulares exemptos, & cum eis dispensare iuxtà cap. 6. de refor. Concil. Trident.

21 Episcopus an possit vti potestate cap. 6. de reform. sess. 24. Conc. Trid. circa seipsum, & an capitulum sede vacante, num. 22.

23 Archiepiscopus an vtatur potestate cap. 6. sess. 24 de reform. cum suis suffraganeis, vel subditis suffraganeorum, & an in visitatione? & quando cum eis dispenset?

24 Vicarius, vel Panitentiarius, cui commissa est potestas absoluendi vigore cap. 6. sess. 24 de refor. Conc. Trid. an possint eam alijs demandare?

25 Vicarius Episcopi in casibus sibi specialiter commissis, an dicatur habere iurisdictionem ordinariam vel delegatam?

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXVI.

1 FRequentissima est in Curia Arch. Neapol. materia potestatis dispensandi, & absoluendi concessæ Episcopis à Conc. Trid. cap. 6. sess. 24. de reform. circa quam plura dubia occurrerunt, & in dies occurrunt, quæ hic succinte ponere volui. Primum dubiũ, an ista potestas dispensandi sit ſtricte, vel latè interprætãda? & Doctores concludunt, quòd licet dispensatio sit odiosa, & ſtricte interprætanda, cap. 1. & 2. de filijs presb. in 6. potestas tamen dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda Dominicus in cap. nos consuetudinẽ, 12. dist. Ant. Abb. Fely. in cap. postulasti, de rescriptis, communis in cap.
2 at si clerici, §. de adulterijs. Secundum dubium, quod dicatur delictum occultum, ad finem dispensandi ex d. cap. 6. & est distinguendum, quòd occultum dupliciter quid dicitur, omnino occultum; & est illud, quòd per duos testes probari non potest; penè occultum, quòd scitur à paucis testibus, tribus, quatuor, vel quinque, non à sex; quia esset publicum, Gloss. in cap. manifesta, 2. q. 1. Ant. in cap. vestra, de cohabit. cler. & mulier. Miles in verbo notorium, Probus in cap. 2. de const. in 6. num. 67. Affl. decis. 265. textus

Digitized by Google

iuncta Glosa in §. hæc ergo in cap. quis aliquando de pœnit. dist. 1. & cùm potestas dispensandi sit fauorabilis debet accipi occultũ, pro penè occulto, non pro omnino occulto, & dicitur delictum occultum, iuxtà terminos Conc. prout distinguitur à notorio, manifesto, vel publico. Nauar. in manuali cap. 27. num. 255. Henriquez, de
3 irregular. cap. 20. nu. 40. Tertium dubium quid si delictum est famosum? quod proprie dicitur, quando de eo est fama in maiori parte populi, orta ab vno, qui interfuit, vel non interfuit facto, vt dicunt Ant. vbi supr. & Miles in verbo manifestum, & non posse Episcopum dispensare dicunt, Nauar. & Henriquez vbi supra, propter scandalum publicum, cui obuiare intendit Concilium. In oppositum facit, quia fama non probat delictum Gloss. & communis in cap. veniens, de testibus, nec vnus testis de visu sufficit, & quatenus non esset omnino occultum, non potest negari, quin saltem dicatur pene occultum, cum difficulter probari possit, & etiã quod scitur à quinq; dicitur occultum, quamuis plene probari possit iuxta supra citatos, sed prima opinio tutior est.
4 Quartum dubium, quid si delictum est occultũ sed ab Ecclesia toleratur? adhuc dicitur occultũ, Antonius, & Miles vbi sup. quid si delicti actus est publicus, sed ignoratur esse delictum, puta si excommunicatus occultus publice celebret, adhuc

huc dicitur occultum delictum, Nauar. & Henriquez vbi supra. Idem dicendum, si aliquis est excommunicatus in vna diœcesi, & celebrat in alia in qua non est infamatus, Nauar. Cons. 2. de clerico non ordinato ministrante. Quintum dubium, quando dicitur delictum deductum in iudicium, seu ad forum contentiosum? & veritas est, quòd, quando est facta citatio; nam propriè iudicium incipit à citatione, Alexand. Paulus, Iason in l. postquam liti, C. de pactis, ad nihilum enim deseruit informatio capta in Curia, si Curia non procedit contra inquisitum, neque ipsum citat. Sed quid si delictum est deductum in iudiciũ? sed postea fuit sequuta absolutio, poterit dispensari. Idem si ex falsis probationibus, quis fuerit absolutus, Nauar. cons. 2. de re iudicata, Candelabrum aureum, de excommunicatione, num. 42. Henriquez d. c. 20. §. 4. Item delictum meum non dicitur deductum in iudicium, licet socius meus fuerit in iudiciũ tractus, quia res inter alios acta alijs non nocet, l. sæpe, ff. de re iud. Nauar. d. cons. 2. Sed quid, si aliquis nõ fuit absolutus, neq; condẽnatus, sed transegit, seu se composuit cum Curia? & dicendum est delictum, non dici amplius deductum ad forum contentiosum, quia transactio imponit finem liti, & habet vim rei iudicatæ, l. fratris, l. non minorem, C. de transactionibus, & sufficit, quòd inquisitus non reperiatur con-

Digitized by Google

condemnatus; nec dubium est, quòd condemnetur, dūmodo transactio non fiat in casu non transigibili; quia tunc induceret confessionē, & probationem delicti, l. 1. & 2. vbi Glossa, ff. de his, qui sibi mortem consciuerunt, l. fin. ff. de præuaricat. Iason in l. transigere, C. de transact. & probationes, & confessiones factæ in iudicio, inducunt notorium, Ant. in cap. vestra, de cohabit. cler.
7 & mulier. Sextum dubium, an irregularitas, quæ prouenit ex defectu natalium, vel perfectæ lenitatis, ex homicidio iusto, dicatur ex delicto? & dicendum est, quòd nō, Gaetanus in summa, in verbo irregularis, Nauar. conf. 39. de homic. Henriquez, de irregul. c. 19. & sic non procedit tex-
8 tus in d. cap. 6. Septimum dubium, quòd dicatur homicidium voluntarium, iuxtà terminos d. c. 6. & dicendum secundum Nauar. cap. 27. num. 240. qui rectius alijs dicit esse homicidium illicitum, intentum, siue volitum in se saltem equipolenter, aliàs quàm vitandæ mortis causa, qui id colligit ex cap. 7. sess. 14. Conc. Trid. de refor. ex quo sequitur, quòd mandans aliquem percuti baculo citrà mortem, si sequatur ex percussione mors, est irregularis; sed non indispensabilis, ex d. cap. 6. vt censuit Sacra Congregatio; erit tamen homicida indispensibilis, qui baculo percussit, & occidit. Idem in occidente ad defensionem, sine moderamine, cùm alio modo posset euitare mor

tem

Digitized by Google

tem est irregularis; sed dispensabilis, ex d. cap. 6. Nauar. vbi sup. & in cons. 27. de homicid. Henriquez, d. cap. 19. Item Medicus, vel Chirurgus, qui ex imperitia, aut negligentia occidit, non dicitur homicida voluntarius, nisi intendat accelerare mortem, vt vitet angustias infirmi agonizãtis. Item mandans occidi titium, si occidatur Sẽpronius, non est homicida voluntarius indispen-
9 sabilis, ex d. c. 6. vt censuit Sacra Congregatio. Sed quid in mutilante voluntarie ex industria? & videtur, quòd Episcopus non possit dispensare, quia mors, & mutilatio à pari procedunt, quoad irregularitatem, cap 11. de clericis in duello pugnantibus. Contrarium censuit Sacra Congregatio, quia dictũ cap. 6. loquitur de homicidio, & licet à pari procedant homicidium, & mutilatio quoad irregularitatem; non tamen quoad dispensationem; & potestas dispensandi est late
10 interpretanda, vt supra dixi. Octauum dubium, an Episcopi post Conc. Trid. possint absoluere à casibus reseruatis in bulla cœnæ, & quicquid dicant moderni, veritas est, quod non, & ita declarauit Greg. XIII. S. D. N. Clemens Octauus, & Sacra Congregatio, solùm potest Episcopus absoluere ab hæresi in foro exteriori in officio sanctæ Inquisitionis, vt tradit Eymericus in directorio inquisitorum 3. parte, q. 92. & ibi Pegna locatus in opere iudiciali, in verbo absoluere, Re-

per-

Digitized by Google

pertorium inquisitorum in verbo absolutio, Simanchas, de catholicis institutionibus, tit. 3. Sed
11 maior difficultas est, an possit Episcopus vigore Concilij absoluere à casibus Papæ reseruatis in alia lege lata, post Conc. Trid. extra bullam cœnæ Domini? & videtur, quòd sic, nisi in dicta l. posteriori fiat expressa derogatio Concilij, nam conciliaris dispositio habet clausulam derogatoriam, & de ea debet fieri specialis mentio, iuxta Archid. communiter receptum in cap. 1. de const. in 6. Fel. latè in cap. nonnulli, de rescript. In oppositum facit, quòd lex est interpretanda, itaut non reddatur elusoria eius dispositio, cap. si ciuitas, de sententia excõmunicationis in 6. Sed talis reseruatio esset frustratoria, si omnes Episcopi possent absoluere. Imò secundum Bartolũ in extrauag. ad reprimendum, quando fertur secunda lex contraria priori habenti clausulã derogat priori, cuius opinionem veriorem putat, Felynus in d. cap. nonnulli, quia Princeps præsumitur scire legem priorem, & eo ipso, quòd facit legem contrariam, censetur eam tollere, iuxtà c. 1. de const. in 6. Præterea Concil. Trid. in omnibus reseruat authoritatem, aut contrariam declarationem, seu diffinitionem Summo Pontifici, vt in cap. final. sess. 25. de refor. sess. 7. de refor. in princ. ex quo sequitur, quòd non requiritur derogatio Concilij in lege posteriori Papæ, & ita audiui

Digitized by Google

audiui declaratum fuisse à Sacra Congregatione, quòd hodiè Episcopi non possunt absoluere à casibus reseruatis Papæ, in alijs legibus extra
12 bullam. Nonum dubium, an Episcopus vigore dicti cap. 6. possit rehabilitare inhabiles ad officia, & beneficia nempe simoniacos, & quod possit tenet Henriquez, de excommunicatione, cap. 56, §. 1. in Glossa, in l. f. dicens, quòd inhabilatio venit sub nomine suspensionis, irregularitatis, aut casus occulti. In oppositum facit, quòd licèt inhabilatio conueniat aliquantulum cum irregularitate, aut suspensione; non est tamen irregularitas, vt idem Henriquez fatetur d. cap. 56. neque suspensio, vt clarum est neque casus occultus, qui præsupponit peccatum, vt dicit Nauar. in manu. cap. 27. nu. 261. & proinde Episcopus non poterit rehabilitare, quia esset dispensare contra legem superioris, cap. cum inferior, & cap. quòd super his, de maior. & obedientia, & in dubio tutior via est eligenda, cap. iuuenis, de sponsa. & ità censuit Sacra Congregatio; tenet etiam Cathechesis Neap. fol. 227. Sed quomodo Episcopus absoluit ab excommunicatione, vigore d. cap. 6. cum in eo non fiat mentio de ea; ratio est, quia venit sub nomine casus occulti, Papæ reseruati; quia Papa numquam reseruat sibi casum sine censuris, Nauar. notabiliter in cõs. 18. de clerico excommun. ministr. Vndecimum

Digitized by Google

14 dubium, an post Concilium Tridentinum Episcopus possit dispensare, in foro exteriori, ab adulterio infrà, iuxtà cap. at si clerici, §. de adult. de iudicijs? & dicendum est, quòd potest; nam correctio legum est euitanda, nisi appareat, de expressa correctione, l. si quando, C. de inofficioso testamento, l. præcipimus, C. de appell.

15 Duodecimum dubium, an post Concil. Trident. possit Episcopus dispensare cum homicida voluntario ad beneficium simplex, & minores ordines, vt dicunt Hostiensis, Io. And. Cardinalis in cap. 2. per illum textum, de clericis in duello pugnantibus, & etiam ad exercendos sacros ante susceptos, iuxtà Archid. in cap. de his 50. dist. & etiam ad retinendum curatum, vt dicit Decius in d. §. de adulterijs, nume. 129. & quòd possit post Conc. tenet Henriquez d. cap. 19. In contrarium facit, quod de iure communi non probatur, quòd Episcopus possit dispensare quoad ordines minores, cum homicida voluntario, iuxtà veriorem opinionem Abbatis, Mariani, Socini in d. cap. 2. Felyn. in cap. ad audientiam, de homicid. Couar. in clem. si furiosus, de homic. 2. parte, §. 3. Sed tantum in homicidio casuali id procedere dicunt. Quo uerò ad beneficia Conc. Trid. c. 7. sess. 14. de refor. id expresse prohibet; & ità tenet Nauar. in cap. 27. num. 240. quod d. dispensatio non possit fieri ab Episcopo post Conc.

Digitized by Google

Conc. Trident. cum homicida voluntario; sed cum casual. sic, vel commisso ad defensionem.

16 Tertiũ decimum dubium, an Episcopus possit hanc potestatẽ, sibi traditam à Concilio aliis delegare? Et dicendum est, quòd sic; cum competat ei ex officio, & priuilegio suæ dignitatis, quia non est nudum ministerium, sed iurisdictio; secùs, si ex delegatione Papæ fuisset sibi commissa absolutio, ex cap. final. vbi Glossa, Abb. Anch. Card. de officio Ord. Fel. in cap. fin. de officio Delegati, in fine; & ità concordantur dicta duo iura; & seruatur in Curia Neap. quòd dicta potestas ex cap. 6. alijs delegatur; non tamen absolutio, quæ ex delegatione Papæ cõmittitur Archiepis. vel Vicario; Ità etiam audio declarasse Sacram Congregationem, vt possit Episcopus committere dictam potestatem absoluendi ex c. 6. non solùm Vicario generali; sed etiam Pœnitentiario, Confessario, vel Vicario, ad absoluendum in similibus casibus specialiter constituto; & hanc potestatem poterit specialiter committere, non solùm vni confessario; sed pluribus, licèt Concilium loquatur in singulari; nam singularitas refertur ad pluralitatem, quando militat eadem ratio in pluribus, quæ in vno l. si quis ita, §. 1. ff, de testam. tutela, l. si quis filiabus, ff. de legatis 1. vbi Iason, & quando constitutio loquitur in singulari, procedit etiam in plurali, & è

Digitized by Google

contrà, l. si quid id quod, ff. de iurisdictione omnium iudicum, cap. si comprimissarius, de electione in 6. Franchus in cap. 1. de tempor. ordi-
17 nat. in 6. Decimum quartum dubiũ, dicit Conc. in d. cap. 6. quòd Episcopus non potest vti hac potestate extrà prouinciam, & cum non subditis, sicut Legatus missus non potest absoluere nõ subditum, nec subditum extrà Prouinciam, cap. penul. de offic. Legati. Ex quo sequitur, quòd Archiepisco Neap. non potest absoluere scolarem exterũ, qui in suis partibus taliter deliquit, vt indigeat prædicta absolutione, vt in Legato misso dicunt Abb. & Card. in d. c. penult. Sed an id possit facere Episcopus, cum suis subditis, extrà diœcesim, de consensu diœcesani, Hostien. in simili casu in legato misso, in d. cap. penult. tenet, quòd licèt videatur rationabile, quòd suos subditos possit absoluere extrà prouinciam, de consensu diœcesani; tamen cum hoc sit priuilegium à Papa concessum, non audet hanc interprætationem facere, arg. cap. 2. de author. & vsu pallij, cap. sanè, de priuileg. sequitur Anchar. & Card. in d. cap. penult. An verò possit Episcopus absoluere non subditos in sua diœc. de consensu sui Ordinarij? & videtur, quòd sic; nam quilibet Episcopus potest absoluere à reseruatis alteri Episcopo peregrinos, ex expressa voluntate sui Episcopi, vel tacita, quæ semper præsumitur, vt pul-

Digitized by Google

pulchrè per Sotum in 4. dist. 18. q. 4. artic. 2. Et dum cõsentit, censetur facere suum Delegatum. Sed contrarium est dicendum; nam etiam per Delegatum debet absolui in sua diœcesi; vt in d. cap. 6. Sed quid? si non subditus delinquat in aliena diœc. & indigeat absolutione prædicta? Et dicendum est, quòd poterit absolui à diœcesano loci, in quo deliquit; quia ratione delicti efficitur subditus, cap. fin. de foro compet. Ità Vincent. Io. And. Anchar. Card. in d. cap. penult. Pa-
18 riter poterit absoluere suos subditos, alibi delinquentes, Card. in d. cap. penult. Decimum quintum dubium qualis debeat esse ista absolutio, iuxta d. cap. 6. si in sacramento Pœnitentiæ, vel in foro secreto, extra confessionem, Nauar. in consil. 11. de priuileg. tenet, quòd sufficit, si fiat extra cõfessionem, in foro secreto; & dicit, quòd illa verba concilij in foro conscientiæ tantùm, significant, quòd absolutio data nihil prosit, quoad forum exterius; & quia absolutio ab excommunicatione non est absolutio sacramentalis. Secũdum omnes, & clericus in minoribus Vicarius Episcopi potest excommunicare, & absoluere, S. Thom. in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. Gloss. in cap. canonica, de sententia excommunicationis; & istud
19 videtur verius. Decimum sextum dubium, an possit Episcopus hac potestate vti cum regulariter exemptis, in sua diœcesi commorantibus? Et di-

Digitized by Google

dicendum est, quòd non; quia non sunt subditi, etiam ante Concilium Tridentinum. Verior est opinio negatiua, quòd exemptus non potest se subijcere Episcopo, vt ab eo absoluatur, vel cũ eo dispensetur, vt tenent Ant. & Abb. in cap. significasti, de foro competenti, contra Federicũ
20 de Senis, consil. 14. Decimum septimum dubium, an possit Vicar. Epis. vti hac potestate? nõ; quia sine speciali mandato nõ potest absoluere à casibus reseruatis Epis. Archid. in cap. 2. de pœnit.
21 in 6. Decimum octauum dubium, an Episcopus possit vti hac potestate circa se ipsum, delegando alteri potestatem absoluendi se ipsum à censuris Papæ reseruatis? Et videtur, quod non, saltèm quoad excommunicationem; quia excommunicatus caret exercitio iurisdictionis; ergò nõ potest alteri, quòd non habet dare; & ità arguendo tenent Card. Imola, & Anchar. in clem. 1. de relig. domibus. Sed in oppositũ est veritas; quia excommunicatus occultus potest exercere ea, quæ fiunt ratione publici officij, Innoc. communiter receptus in cap. cum dilectus, de consuetudine probatur in cap. ad probandum vbi omnes de re iudicata, & clarũ est. approbare confessarios, eis dare potestatem absoluendi à censuris, & exercere quamcumq; iurisdictionem spectare ad publicum officium quod gerit, Episcopus. Hinc excommunicatus occultus potest alios

ex-

Digitized by Google

excommunicare, cum id faciat ratione publici officij, Innoc. & alij in cap. si vere de sententia excommunicationis, Fel. & alij in d. cap. ad probandum, & prædicta tanto magis procedunt in dispẽsatione ab irregularit. Decimum nonum dubium, an capitulum sede vacante possit vti dicta potestate, cap. 6. & dicendum est, quòd sic, quia iuxta opinionem veriorem Doctorum capitulũ sede vacante potest dispensare in omnibus casibus, in quibus potest Episcopus, vt latissime probat Federicus de Senis, cons. 3. & 4. Abb. in c. cum olim, de maior. & obedientia, Pauinus de potestate capituli sede vacante part. 1. q. 30. Nauar. cons. 31. de tempor. ordinat, & potest absoluere ab omnibus censuris à quibus poterat Epis-
23 copus cap. vnico, de maior. & obedient. in 6. Vigesimum dubium, an Archiepiscopus possit vti hac potestate dicti cap. 6. cum suis suffraganeis, vel subditis suffraganeorum? & quòd possit cum suis suffraganeis clarum est, cum ipse dicatur eorũ ordinarius, coram quo possunt conueniri, cap. cognouimus, 10. q. 5. Abb. & alij in cap. pastoralis, de officio ordinarij, & dicitur suffraganeus, de clero Metropolit. cap. miratus, & ibi Glossa, 93. distin. & potest ab eo absolui à censuris, vel sede Metropolit. vacante ab eius capitulo, Bertachinus de Episc. in præludijs num. 123. Quaranta de authoritat. Archiepis. aut 16. sed quoad sub-

Digitized by Google

ſubditos ſuffraganeorum eſt dubium, quia in eos non habet poteſtatem, niſi in caſibus à iure expreſſis, d. cap. paſtoralis, de officio ordinarij, & hic caſus non reperitur expreſſus, ſed an poſſit diſpenſare, quando viſitat prouinciam cauſa cognita in Concilio Prouinciali iuxta Conc. Trid. cap. 3. ſeſſ. 24. de refor. Henriquex de irregularitate, cap. 18. tenet, quòd ſic. per tex. in cap. fin. de cenſibus in 6. contrarium tenent Abb. & Ant. in cap. ad exſtirpandas, de filijs presbyterorum, ſolùm enim poteſt Epiſcopus diſpenſare, cum ſubditis ſuffraganeorum in caſibus in quibus poteſt eos iudicare, Fel. in d. cap. paſtoralis, poteſt etiam eos abſoluere à cenſuris, dum in viſitatione audit confeſſiones eorum d. cap. fin. & in hoc poteſt vti auctoritate dicti cap. 6. quoad abſolutionem à cenſuris, & à peccatis non tamẽ, quoad diſpenſationem, & extra caſus ſupradictos Archiepiſcopus non poteſt abſoluere eos, neque à minori excommunicatione, Dominicus, Anch. Franch. in d. cap. fin. Syl. in verbo Archiepiſc.

25 Vigeſimum primum, & vltimum dubium an Vicarius, cui commiſit Epiſcopus poteſtatem abſoluendi, vigore d. cap. 6. poſſit eam alijs demandare, & dicendum eſt, quòd, quando Vicarius in caſu ſibi ſpecialiter commiſſo habetur per delegato non poteſt alijs demandare, niſi ſolum nudũ miniſterium abſolutionis, ita quòd prius ipſe audiat

Digitized by Google

audiat pœnitentem imponat pœnitentiam, & nihil arbitrio eius, qui absoluere debet remittat, sed tantum nudum ministerium absolutionis, & ita possunt facere Pœnitentiarij, qui habent hanc potestatem sibi delegatam, nam possunt solùm subdelegare nudum ministerium absolutionis, ratio est, quia Delegatus ab Ordinario non potest subdelegare, nisi solùm articulum non iurisdictionalem, seu nudum ministerium, vt notabiliter dicit Fel. in cap. super quæstionum, nu. 19. de offic. Delegat. Nauar. cap. 27. in manual. nu. 45. quando verò Vicarius in casu sibi specialiter cõmissa habet iurisdictionem ordinariam, potest ẽt subdelegare iurisdictionem, cum potestate arbitrandi, & iniungendi pœnitentiam, iuxta tradita per eundem Felyn. vbi supra; sed quando Vicarius dicatur vti potestate ordinaria, vel delegata in casibus sibi specialiter cõmissis, sunt opiniones, sed magis communis opinio est, quòd siue ei committantur casus speciales simul cum commissione generali, siue diuisim, si post commissionem aliquorum casuum particularium ponitur clausula generalis, tunc habebit iurisdictionem ordinariam, cum ille sit ordinarius, cui committitur vniuersitas causarum, l. prætor, ff. de iudicijs, si verò non ponitur clausula generalis, tunc in casibus expræssis requirentibus speciale mandatum habebit delegatam. Ita Dominicus, An-

Digitized by Google

char. in cap. 2. de officio Vicarij in 6. Rotà tamen in nouis, decis. 371. incipiente, Si Episcopus tenet indistincte, quòd in casibus requirentibus speciale mandatum Vicarius habeat potestatem delegatam, & ab eo possit appellari ad Episcopum. Quapropter tutius est committere nudum ministerium absolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis remedium est subsidiarium, quando executio realis, vel personalis fieri non potest.*

2 *Excõmunicatio lata non in subsidium iuxtà formam, c. 3. sess. 25. de reformat. ligat; sed est iniusta.*

3 *Nuntio creditur, non potuisse exequi in bonis, nec in persona.*

4 *Excommunicatio, an possit à principio ferri, si notoriè appareat non posse deueniri ad exequtionem realem, vel personalem.*

5 *Laici, & clerici sub quibus pœnis citantur in Curia Neap.*

CAPVT LXVII.

DE iure communi in actione reali, contra cõtumacem, remedium excommunicationis debet esse subsidiarium, quando non potest fieri missio in possessio-

Digitized by Google

fessionem bonorum, cap. tuæ fraternitatis, vt lite non contest. in actione personali est in arbitrio iudicis, an velit procedere ad excommunicationem, vel ad exequticnem realem, cap. quoniam frequenter, §. fin. eod. tit. Abb. in d. cap. tuæ, & adest Ritus Cur. Archiep. 16. qui loquitur in actione personali, iuxta Oliuã ibi; sed post Concil. Trid. de quauis causa agatur, remedium excommunicationis debet esse subsidiarium, vt in cap. 3. sess. 25. de reformat. adeo quod fertur declarasse Sacram Congregationem quòd, si duo sunt obligati insolidum, in forma Cameræ, pro eodem debito; & contrà vnum potest deueniri ad exequutionem realem, vel personalẽ, & contrà alium non, potest iste alter excommunicari; cum hoc remedium sit subsidiarium; & possit esse consultum alia via per executionem realẽ, contra alium; si tamen Iudex excommunicarẽt priusquam constet de impedimento, vel perturbationibus, propter quas non potest deueniri propria authoritate ad exequtionem realem, vel personalem, est valida excommunicatio, vt declarauit Sacra Congregatio; sed quod debent Ordinarij curare, vt seruetur forma, d. cap. 3. Idem dicit Abb. in d. cap. tuæ fraternitatis; in actione reali ante Conc. nam excommunicatio lata contrà formam iuris non essentialem ligat; Sedest iniusta, vt si sine monitione, vel sine scri-

Digitized by Google

ptis, doct. in cap. sacro, & de sent. excom. & in
3 cap. 1. eod. tit. in 6. Quomodo autem debet cõstare non potuisse fieri executionem in bonis, vel in persona? respondetur sufficere, si constet per relationẽ nuntij, cui in hoc casu creditur, l. properandum, §. & si quidem, C. de iudicijs, Bart. in l. à diuo pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsumptio 14. Et ità fertur censuisse Sacram Congreg. & seruatur
4 in Cur. Neap. Si autem notoriè appareret, non posse deueniri ad executionem realem, vel personalem, crederem à principio posse deueniri ad excommunicationem, ex his, quæ dicunt Bart. Iaſ. & alij in l. fin. §. fin. ff. si cert. pet. quod, quando est facienda discussio bonorum, vt deueniatur ad alium actum, potest ommitti, si notoriè constat, debitorem non esse soluendo. Nicos. de pignor. 1. membro 8. par. num. 14. qui loquitur in hyppothecaria, in qua præcedere debet excussio bonorum, Auth. hoc si debitor, C. de pignorat. Constat autem notoriè de paupertate, per librum extimi, vel si vadit ostiatim mendicando; aut, si cessit bonis, vt latè per eumdem Nicos. ibidem; facit, quia notorium releuat ab onere probandi, Ant. Abb. & alij in cap. vestra, de cohabit. cleric. & mulier. Et prædicta pari ratione procedunt, quando notoriè constat, non posse procedi ad exequtionem personalem. In

Curia

Digitized by Google

Curia Neapol. ſeruatur, quòd clerici, & laici in cauſis ſpectantibus ad Curiam Eccleſiaſticam, citantur, ſub pœnis pecuniarijs ceræ laboratæ, & ſimilium, & in ſubſidium excõmunicationis; & facta relatione per curſorem, quòd non potuit exequi in bonis, nec in perſona, proceditur ad excõicationem. Laici vero, quando citantur pro teſtibus, in aliqua cauſa, ſolùm eis imponitur pœna excommunicationis ex not. ſup. in cap. 10. non loquor in cauſis Sanctæ Fidei, in quibus poſſunt per Epiſcopum carcerari, & quouis modo puniri teſtes, & alij, & Officiales temporales, impedientes ſunt excommunicati, & incurrunt in grauiſſimas pœnas, contentas in bulla Pij V. ſi de protegendis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam pecuniariam an poſſit Epiſcopus ſibi retinere.*
2 *An conuertere in ſolutionem mercedis Vicarij, & aliorum officialium Curiæ, vel in fabricam Eccleſiæ Cathedralis?*
3 *Et quid, ſi Epiſcopus eſt pauper.*
4 *Nuncius Regni Neapoli Sede vacante, an poſſit pœnas pecuniarias applicare Cameræ Apoſtolicæ.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXVIII.

DIcit Hoſtien. in ſumma de officio Ord. §. quid pertinet, quòd vbi per ſtatutum imponitur pœna pecuniaria, poteſt Epiſcopus illam ſibi retinere; vbi verò per ſententiam, licèt poſſit, honeſtius facit, ſi pro euitanda ſuſpicione auaritiæ, deputet ad pios vſus, quem ſequuntur magis communiter dd. quos numerat Felin. in cap. irrefragabili, de offic. Ord. Abb. in cap. licèt, de pœnis; niſi Epiſcopus indigeret euidenter, iuxtà communem; in d. cap. irrefragabili, de qua ibi teſtatur Felyn. quia prima charitas incipit à ſe ipſo; & quia obligatus facere eleæmoſynam nomine alterius poteſt ſibi ipſi illam facere, ſi eſt in neceſſitate, vt latè probat Felyn. vbi ſuprà, & obligatus ad reſtituendum pauperibus, poteſt ſibi retinere, tamquam vnus ex pauperib. Nauar. cap. 17. num. 91. & dicit Card. in Clem. ad noſtrum, in fin. de hæretic. quod Inquiſitores pœnas pecuniarias non poſſunt ſibi retinere; ſed in pios vſus conuertere; niſi retineant pro vtilitate, vel neceſſitate officij; ſed poſt Conc. Trid. cap. 3. ſeſſ. 25. de reformat. pœnæ pecuniariæ, eo ipſo, quòd exactæ fuerint ſunt aſſignandæ pijs locis; quòd ſeruatur in Curia Archiepiſ. Neap.

1

Re-

Digitized by Google

2 Refertur etiam Sacr. Congregat. censuisse non posse Episcopum dictas pœnas conuertere in solutionem mercedis Vicarij, & aliorum officialiũ Curiæ, nec in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, cũ ad hoc sint assignati redditus Episcopo, cap. cũ ab omni, de vita, & honest. clericorum. si tamen
3 Episcopus esset pauper, aliud videtur dicendum, ex supradictis; sed consulenda esset sacra cong. notificando ei redditus Episcopatus, & onera, ex d. cap. 3. fuit dictum in Cur. Archiep. quòd sede
4 vacante non potest Nuntius Apostolicus Regni Neap. compositiones, & alias pœnas applicare Camere Apostolicæ; sed illas poterit Vicarius Capituli statim assignare locis pijs.

SVMMARIVM.

1 *Appellans habet annum, & ex causa biennium, ad prosequendum appellationem, nisi Iudex à quo abbreuiet terminum.*

2 *Iudex à quo potest plures terminos assignare appellanti.*

3 *Et quos assignet Cur. Archiep. Neap.*

4 *Apostoli quomodo concedantur in Cur. Archiep. Neap.*

5 *Iudex à quo, qui non detulit appellationi, an possit præfigere terminum appellanti, ad prosequendum appellationem.*

6 *Inhibere quando possit Iudex ad quem Iudici à quo*

& pra-

Digitized by Google

& praxis Cur. Archiepiſ. Neap.

7 Iudex à quo, cui præſentatur appellatio, & nihil reſpondet, cenſetur deferre appellationi; & ibi praxis Cur. Archiep. in admittendis appellationibus.

8 Appellationi notoriè friuolæ non eſt deferendum?

9 Secus, ſi eſt dubium, an ſit friuola.

10 Appellationi friuolæ eſt deferendum poſt inhibitionẽ.

11 Iudex ad quẽ in appellationibus, quem ritum ſeruare debeat?

12 Appellari ab iniuſta carceratione ſemper poteſt, etiam poſt decem dies.

13 Appellatio ab interloquutoria debet continere cauſam grauaminis; & quando non.

14 Appellatio à ſententia, habente vim diffinitiuæ, non requirit expreſſionem cauſæ.

15 Appellatio à ſententia diffinitiua, quando debet continere cauſam.

16 Iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam nullam Iudicis à quo; etiam ſi fuerit nulla ex defectu iuriſdictionis.

17 Appellationem à tortura non admittit Cur. Archiep. Neap. & quare?

18 Clericus non poteſt torqueri, niſi ſit infamatus de crimine, quod non ſeruatur in praxi.

19 Tortura in clericis non debet eſſe ità ſeuera ſicut in laicis.

20 Iudices reprehenduntur, qui exquirunt noua genera tormentorum.

21 A ſententia deſertionis poteſt appellari.

22 De-

Digitized by Google

22 *Deserta appellacione an possit peti exequtio sententiæ coram Iudice à quo.*

CAPVT LXIX.

APpellationis materia, quæ longè, latèq; diffunditur, in innumeris libris tacta reperitur; mihi vero quædã pauca in Curia Archiepisc. in dies occurrentia subnectere placuit. Et primò notandum, quòd appellans de iure habet annum, & ex causa biennium ad prosequendum appellationem; nisi Iudex à quo breuiorem terminum statuerit; nam illo elapso, deseritur appellatio, cap. cum sit Romana cap. personas, de appellatio. Propterea sciendum, quòd Iudex à quo potest præfigere plures terminos appellãti. Primus ad iter arripiendum versus Vrbem, c. peruenit, el 2. eod. tit. Secundus ad præsentandam se coram Iudice ad quem, d. cap. personas. Tertius ad recipiendum apostolos, & si in termino non comparet, deseritur appellatio, clem. 2. eod.tit. Quartus ad præsentandum se coram Iudice ad quem cum apostolis, qui terminus, si est competens, deseritur appellatio, Bald. in l. præses, C. eod. Franch. in d. cap. personas. Quintus ad prosequendum appellationem, cap. ad hæc, eod. tit. Franch. vbi sup. Sextus, ad prosequen-

1

2

Digitized by Google

dum appellationem, & ad faciendum fidem de prosequtione; quo casu, non deseri appellationem, tenet Feder. cons. 28. sed talis assignatio operabitur vnum notabilem effectum, quòd, si appellans, iusto impedimento cessante non faciet fidem coràm Iudice à quo de sua prosequtione; & præsentatione infrà terminum sibi assignatum, cui non contradixit; tunc poterit Iudex à quo statim mandare suam sentẽtiam exequtioni; nec retractabitur per viam attentati; sed pendebit à futuro euentu ipsius appellationis, sequitur Franc. vbi sup. Sed quid? si in termino prædicto ad faciendum fidem, Iudex cõminetur, quòd appellatio sit deserta, Lap. in clem. 1. eod. tit. tenuit deseri; Contrarium Anchar. Imol. in d. clem. Franch. vbi supra, non tamen potest præfigere terminum ad finiendam ipsam appellationem, vel ad redeundum cum literis impetratis, quia esset imponere legem superiori. Ita not. Franch. qui omnes istos modos enumerat in d. cap. personas. 3 In Curia Archiep. Neap. seruatur, quòd appellanti statuitur terminus dierum decem ad recipiendum apostolos, decem ad arripiendũ Iter, & se præsentandum conspectui apostolico, & aliorum decem ad faciendum fidem Dño Vicario, de diligentia in impetratione rescripti, cum comminatione, quod si defecerit in vnoquoque termino appellatio habeatur pro deserta, & à

multis

Digitized by Google

multis retroannis ita ſeruatũ fuit, vt dicit Oliua ſuper ritu Cur. Archiep. 35. & non aſſignatur, hodie terminus prout in d. Ritu, quòd ſi appellans oſtenderit aliqualẽ diligentiã per literas alicuius commorantis in Vrbe, ſolet aſſignari alius terminus dierum quindecim ad faciẽdum fidem prædictam, & pro apoſtolis Curia Neap. concedit appellanti copiam ſententiæ, quod exprimit D. Vicarius, quando admittit appellationem vz.

4 qui Dominus Vicarius, appellationem admiſit, & mãdauit pro apoſt. concedi appellãti copiam ſententiæ, cum termino prædicto.

5 Sed difficultas eſt, an Iudex, qui non detulit appellationi poſſit præfigere terminũ ad proſequendum illã, & verior opinio eſt, ꝙ ſic Domi. in cap. 1. & in cap. cum appellationibus, de appellatio in 6. & ibi Anchar. Zabarell. in clem. 1. eod. tit. q. 28. Io. Andr. in d. cap. 1. & in cap. perſonas, cap. ſæpe, cap. cum ſit Romana extra eo. Franch. late in d. cap. perſonas colligitur ex Specul. §. ſequitur eod. tit. probatur in dd. iuribus in quibus ponitur regula; quod Iudex à quo poteſt præfigere terminum appellanti, ſine diſtinctione, Felyn. in cap. cum Bertoldus, de re iudic. latiſſimè Suarez in praxi 6. part. tom. 1. cap. 1. nec obſtat tex. in cap. ex eo de regulis iuris in 6. quia procedit, quando quis impugnat in vtilitatem propriam tunc ex eo, quòd impugnauit non

Digitized by Google

poteſt commodum conſequi, ſed appellatio non reijcitur à Iudice in ſui fauorem, ſed in vtilitatem appellantis, & in commodum Reipublice, vt citius finiatur lis, vt bene aduertit Suarez, vbi ſup.

6 Secundò notandum, quòd circa appellationes eſt obſeruandus tex. in cap. Romana, de appellatio. in 6. quacumq; conſuetudine etiam immemorabili ſtylo, vel priuilegio in contrarium non obſtantibus aliter inhibitiones proceſſus, & inde ſecuta ſunt ipſo iure nulla, ita ſtatuitur in Conc. Trid. cap. 7. ſeſſio. 22. de reforma. & propterea animaduertẽdum circa inhibitiones, quod vt notant Innoc. Dominic. Franch. & alij in d. c. Romana, ex illo tex. Iudex ad quem non poteſt inhibere Iudici à quo niſi prius incipiat de cauſa cognoſcere, quando fuit appellatum ab interloqutoria, & quando à diffinitiua, niſi prius cognouerit fuiſſe appellatum intra decem dies, & propterea, vt ibi dicit Io. Andr. cauti appellantes deferunt copiam ſententiæ; ſed quando appellatio eſt prohibita à diffinitiua, niſi in certis caſibus, tunc prius debet incipere de cauſa cognoſcere, ita præcitati dd. deducunt ex d. cap. Romana, §. ſi vero, §. quod ſi obijciatur, & ſequent. In Curia Archiep. Neap. olim ſtatim fiebat inhibitoria, vt in Ritu 36. Hodie verò in cauſis à Papa delegatis ſeruat Ritum, & ſtatim inhibet, & iuſte ex adductis per Oliuam ſuper d. Ritu.

Digitized by Google

tu. In cauſis vero iure metropilico deuolutis per appellationem non ſtatim inhibet, ſed ſolet Vicarius mittere literas ſuffraganeo, vt tranſmictat acta, & interim ſuperſedat, & cum inceperit de cauſa cognoſcere, & de legitima appellatione, inhibet in forma, alias non, & ita etiam refertur cenſuiſſe Sacr. Congreg. Sacr. Conc. Trid. vtq; Epiſcopus ſuffraganeus teneatur ſuis literis ſibi amicabiliter tranſmiſſis obedire, alias poſſet mãdari, quod tranſmictat acta, & per aliquot dies ſuperſedeat.

7 Tertio notandum veram eſſe doctorum opinionem, quòd quando appellatur à ſententia Iudicis, & præſentatur ei appellatio, ac petuntur apoſtoli, ſi Iudex nihil reſpondet cenſetur deferre appellationi, & non poteſt amplius in cauſa ſe intromittere, ita Gloſ. Card. Imol. Bonifac. in clem. quamuis de appellatio, Lap. allegatio. 24. vbi Mandoſius dicit eſſe communem, Franch. in cap. ab eo, de appellatio in 6. Solet tamen Vic. Neap. cui præſentatur appellatio mãdare ipſam intimari parti ad dicendum an debeat admicti, ſi vel ne, & interim non cenſetur admittere appellationem. Item ſeruat, quod quando appellatio non eſt admictenda ſolet incipere à negatiua dicens non admiſit, niſi ſi & in quantũ alias ab affirmatiua, ex dictis per Franch. in c. ſæpe, 2. not. de appellatio, de qua praxi facit etiam mentionem

Lucas

Digitized by Google

Lucas Petus, de iudiciaria formula, lib. 5. num. 10. dicens illam parum operari ex not. per Fely. in cap. cum contingat, nu. 13. de offic. Delegat.

8 Quarto notãdum in praxi, quòd Iudex à quo, potest, & debet non admittere appellationem notoriè Friuolam text. in c. cum appellationib. de appellatio. in 6. late Lancellot. de attentatis limitat. 6. cap. 12. vbi infinitos cumulat; sed id procedit, quando appellatio est notoriè, friuola

9 alias in dubio est ei deferendum, nec appellatione pendente debet fieri exequtio, Glo. in l. qui restituere, §. fin. ff. de rei uendic. Iaso. in l. præses, ff. de re iudic. Dec. in cap. cum sit Romana, num. 8. de appellatio, & in cons. 28. nu. 2. & 83. num. 6. Afflict. in constit. appellationum tempora, num. 39. Lancellottus vbi supra, qui adducit plures limitationes ad regulam, quod appellatio friuola non est admittenda, inter quas ista est notabilis, vt sit admittenda post inhibitionem Iudicis ad quem, dicẽs ita fuisse in Rota decisum ne sub clypeo inhibitionis iniuste, Iudices contemnant inhibitiones, & diu litigetur an inhibitio sit iusta, vel ne.

11 Quinto notandum, quòd Archiepiscopus in ordinatoriis tenetur seruare Ritum Curiæ Metropolitanæ; in decisorijs Ritum Curiæ suffraganei, Ant. in rub. de consuetud. Felyn. in cap. super his, nu. 13. vers. & pro hac parte, de accus.

Sextò

Digitized by Google

Sextò notandum, quòd poſt Conc. Trid. non poteſt appellari, niſi à diffinitiua, vel ab habente uim diffinitiue, aut ab interlocutoria continente grauamen irreparabile, cap. 20. ſeſſ. 24. de refor. & cap. 1. ſeſſ. 13. de refor. quæ autem dicantur ſententiæ habentes, uim diffinitiuè, vide Fel.
12 in rub. de ſenten, & re iud. & Roman. in rub. ff. eod. tit. qui plures enumerant, & iniuſta carceratio dicitur continere grauamen irreparabile, à qua poteſt appellari, etiam poſt decem dies, cum ſemper grauet, Philippus latè in cap. ex parte tua, de appellat. & ita fertur cenſuiſſe Sac. Cong. & nota, quòd, quando appellatur ab interloqutoria debet exprimi nominatim cauſa in appella-
13 tione, cap. vt debitus honor, de appellat. & non ſufficit exprimere per relationem ad acta, niſi dicatur prout in actis in tali loco, nempè in litis cõteſt. vel qñ preſumitur, vt ſi Iudex interloquatur aliquẽ eſſe torquendum, vel carcerandum, tunc nõ debet exprimi cã, ita not. Bald. in l. minorib. C. de his quibus, vt indignis, Philippus. & Prepoſ. late in d. cap. vt debitus; in appellatione vero ab habente vim diffinitiue non requiritur expreſſio cauſæ, ſicut nec à diffinitiua, requiritur tamen, quando appellatur à diffinitiua, ſi appellatur à correctione, vel ab exequtione, vel quando fuit
15 cauſa commiſſa appellatione remota, vel quando appellat tertius cuius intereſt, qui non audi-

tur

Digitized by Google

tur, niſi exprimat cauſam rationabilem per quã iuſtum intereſſe prætendat, l. à ſententia, ff. eod. tit. ita late, & not. Franch. in d. cap. vt debitus, notandum eſt referri Sacr. Cong. cenſuiſſe, quòd Conc. Trid. in d. cap. 20. non prohibet appellationem in cauſis, in quibus Epiſcopi procedunt tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegati, ex Conc. nec etiam ſtatuit aliquid, an cauſa ſit remictenda ad Iudicẽ à quo, vel ne, ſed id relinquit diſpoſitioni iu ris communis.

16 Septimò notandum in praxi, quòd Iudex ad quem poteſt confirmare ſentẽtiam Iudicis à quo ex quauis cauſa nullam etiam ex defectu iuriſdictionis, Alex. not. in conſ. 111. vol. 5. Achill. de Graſſis deciſ. 4. de ſent. & reiud.

18 Octauò notandum, quòd Curia Neapol. non ſolet admictere appellationem à tortura, quamuis contineat præiudicium irreparabile, quòd videtur contra ius, ff. de appellat. recip. Concil. Trident. d. cap. 1. ſeſſ. 13. Sed Curia Archiepiſcop. ipſam non admittit, tamquam friuolam, quòd facere poteſt, iuxtà ſupradicta, & latiſſimè tradita per Proſper. Farinacium q. 38. num 23. & quamuis cognitio, an appellatio ſit calumnioſa, vel ne, ſpectet ad Iudicem ad quem; tamen cognitio, an appellationi ſit deferendum vel ne, ſpectat ad Iudicem à quo, Franch. in cap. conſtitutus, num. 19. & cap. de Priore, de appellatio. Farinac.

Digitized by Google

rinat. vbi ſupra, qui teſtatur de communi; numq; n. Curia Archiepiſcopalis procedit ad torturam, niſi manifeſta adſint inditia contrà reum, cum in ea ſemper adſint Iudices peritiſſimi, & integerrimi, quales hodie ſunt, Curtius Palumbus Vicar. generalis, Horatius Venetia, & Stephanus Quaranta, Canonici Metropolit. Eccleſ. Neap. qui ob iuſtitiæ zelum, integritatem, ſingularem probitatem, eximiam doctrinam, nec non cæteras virtutes, quibus clarere dignoſcuntur, ſumma cum prudentia, exactaquè diligentia, iudicatus officiū exequntur; & vt obiter aliquà de clericorum tortura dicamus, ſciendum, quòd iuxtà opinionem Abbatis Antiqui, in cap. 1. de depoſito, qui eſt communiter receptus, clericus non poteſt torqueri, niſi ſit infamatus de delicto, de quo inquiritur, quamuis cõtrà ipſum adſint alia inditia; ſed in contrarium ſe habere praxim, dicunt Boſſius de iudicijs, num. 103. Clarus in §. fin. q. 64. & ita ſeruatur in Cur. Neap. quòd non requiritur diffamatio, ſi adſunt alia inditia ad torturā. Scien-
19 dum præterea, quòd iuxtà Abbatem in cap. cum in contemplatione, num. 6. de regu. iur. tortura non debet eſſe, ita ſeuera in clericis, ſicut in laicis, vnde non debent ſecundum ipſum ſupponi equleis, vel fidiculis, ſeu corrigiatis, & Curia Archiepiſcopalis clericis infert tormentum funis abſque paruis funiculis, & quando delictum eſt

Digitized by Google

atrox ſolet mandare conquaſſari funem, vel inferri aliquos ictus funis, aut appẽdi aliquod onus in pedibus, & abhorret noua genera tormentorũ;
20 repræhenduntur. n. Iudices, qui exquirunt noua genera tormentorum, Ant. Gomeſius lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 15. Pegna in 3. par. director. ſuper q. 6.

21 Vltimò notandum in praxi, quòd à ſententia deſertionis appellationis poteſt appellari Bart. in
22 l. 2. C. de Epiſcop. audient. Philippus in cap. ex ratione, num. 80. de appellatio. verum ad euitãdos circuitus, Angel. in l. ſi contra C. de appell. dat cautelam, quòd, quando qui obtinuit ſententiam, depræhendit, quòd appellatio eſt deſerta modus eſt, vt adeat Iudicem à quo, ad quem ſpectat exequtio, & petat, vt ſententiam exequatur; & ſi appellans comparet, & opponat de pendentia appellationis, duplicabitur non eſſe appellatum, vel non formiter, aut appellationem deſertam, Iudex à quo de iſto incidenti ſe informabit; & conſtito de non appellatione, vel deſertione, non declarabit appellationem deſertam; ſedſuã ſententiam exequetur abſque alio decreto. Idem tenet Franch. in d. cap. ex ratione num. 99. qui dat cautelam in contrarium, quòd appellans adeat Iudicem ad quem, & petat inhiberi Iudici à quo, vel proſequatur appellationẽ coràm ipſo Iudice ad quem; & ſi opponatur de deſertione repli-

Digitized by Google

replicetur de impedimentis, & petatur in integrum restitutio, tunc, Iudex ad quem poterit cognoscere, & pronuntiare appellationem non esse desertam, & reuocare per viam attētati exequtionem factam per Iudicem à quo.

SVMMARIVM.

1 *Corpora, & reliquiæ Sanctorum, an possint de loco ad locum transferri?*
2 *Corpora quinque sociorum Sancti Ianuarij sunt condita in altari maiori Ecclesiæ Cathed. Neap.*
3 *Corpora defunctorum, quando possunt transferri.*

CAPVT LXX.

DIcit text. in cap. corpora, de consecrat. dist. 1. corpora Sanctorum de 1
loco ad locum nullus transferre præsumat sine consilio Principis. i. Papæ, vel Episcopi, & sanctę Synodi, ideſt canonicorum, vt ibi declarat Archidia. qui text. intelligitur de corporibus Sanctorum, traditis perpetuæ sepulturæ; & tunc neq; de loco ad locum intus eandem Ecclesiam possunt transferri, sine prædicta authoritate, vt tenet Nauar. consil. 9. de sepultur. alia vero corpora Sanctorum, non tradita perpetuæ sepulturæ, aut

Digitized by Google

reliquiæ, alicuius ſanti, quę aſſeruãtur in capſulis, & deferũtur in proceſſionibus, nõ ſubiacent diſpoſitioni d. cap. corpora, Glo. & doct. ibi, Syl. in 2. reliquiæ, & Nauar. in loco citato, & ſic in anno 1597. Illuſtriſs. & Reuerendiſſ. Archiepiſc.
2 ex iuſta cauſa accommodandi Eccleſiam, tranſtulit altare maius Eccleſiæ Metropolit. Neap. quod erat ſitum quaſi in medio cupulę, prope parietem dictæ cupulæ, in quo altari aderant, & adſunt corpora Sanctorum Martyrum, Euthicheti, Feſti, Deſiderij, Proculi, & Achatij, ſociorum Beati Ianuarij huius Ciuit. Patroni, & Protectoris. Sic etiam corpora aliorum defunctorum tradita perpetuæ ſepulturæ non ſunt transferenda de loco ad locum, ſine licentia ſuperioris, & ex iuſta cauſa ruinę, vel alia l. 1. l. humanum, C. de religio. & ſumpt. funer. niſi fuiſſent depoſita in
3 aliquo loco, tunc poſſunt aliò exportari, l. ſi nec dum, C. eod. & ita hodiè ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes factæ Imagini alicuius Sancti, dipictæ in pariete domus priuati, cui debeantur.*

2 *Imago Sancti, depicta in pariete domus priuatæ perſonæ, quando deſtrui poſſit de ordine Epiſcopi, vel ſine.*

3 *Oblationes factæ capellæ, an debeantur Rectori Eccleſiæ, vel beneficiato?*

4 Le-

Digitized by Google

4 *Legatum factum capellæ confraternitatis Corporis Christi, cui debeatur.*

5 *Legatum factum Sanctis, an debeatur Ecclesiis illis dedicatis, vel Ecclesiis, in quibus sunt recondita corpora Sanctorum?*

7 *Legatum factum canonicis, cui debeatur?*

8 *Episcopus, si celebrat Missam in parochia, cui debeantur oblationes.*

9 *Oblationes factæ in consecratione Ecclesiæ, cui debeantur.*

10 *Oblationes quæ fiunt in consecratione Episcopi, cui debeantur.*

11 *Oblationes debite Rectori in die Dominico, & Episcopo in festiuitate Sancti, cui debeantur, si festum occurrat in die dominico.*

12 *Oblationes, quæ fiunt in Missa de sponso, quæ celebratur à parocho in aliena parochia, cui debeantur.*

13 *Purificatio mulierum post partum, benedictio ouorũ, & domorum, ad quem spectet.*

CAPVT LXX.

DE oblationibus, quæ fiunt à fidelibus Ecclesijs, & alijs locis solet dubitari,
1 de quibus aliqua succincte dicemus. Et primo, solet dubitari, cui quærantur oblationes, factę alicui imagini depicte in pariete domus alicuius personæ priuatę. & magis com-

Digitized by Google

2 communis opinio est, quod non domino domus, nec Ecclesiæ Cathedrali, sed quærantur Ecclesiæ parochiali, in cuius parochia situs est paries, Ant. Abb. Imol. in cap. pastoralis, de his quæ fiunt à prælatis sine consens. Capit. Maria. Soci. de oblatio libel. 18.q.6. vbi testatur de communi, facit d. cap. pastoralis, & cap. quoniam, de decimis, in quibus iuribus patet, quòd parochus habet fundatam intentionem super oblationibus, quæ fiunt intra parochiam, dicit etiam esse communem Troilus maluet. de oblatio. in 4. dubio, col. 6. nisi offerens obtulisset contemplatione domini domus puta si talis esset pauper, vel tales oblationes in pios vsus cõuertebat, tunc illius domini efficerentur oblationes. Idem si ex tacita voluntate, vt si offerens sciebat dominum domus ex consuetudine conuertere oblationes in suas necessitates, vel in pios vsus, nec obstat, cap. hanc consuetudinem, 11. q. 1. quia loquitur, de oblatis in Ecclesia, non in loco profano, quod si daretur ignorantia in offerente, vel non posset apparere, de voluntate offerentis, tunc non acquirerentur domino domus, ita Marian. Socin. vbi sup. & dicit Ang. in l. in rem, §. Item quæcunq; ff. de rei vendic. & in sua disputat. incip. In refulgenti delitiarum Palatio, quod si Imagini donaretur pes, aut brachium, quod illi deficiebat, tũc est domini illius domus, quia corpus principale

trahit

Digitized by Google

trahit ad se illam partem, vt in d.§. Item quæcunque, refert Felyn. in cap. dilectus, de offit. ordi.

2 Sed an possit Episcopus compellere dominum domus, vt destruat Imaginẽ? est dicendum, quòd non, cùm in septima synodo fuerit statutum imagines Sanctorum posse detineri in priuatis domibus, & vijs publicis, vt refert Symanch. de Catho. instit. tit. 33. de Imaginibus, quòd si populus abuteretur dicta Imagine, vel esset periculum idolatrię, posset Episcopus illam destrui facere, idq; sine scandalo populi, & offensione Sanctorum faciendum est, Symanch. vbi supr. not. dominus vero domus posset Imaginem delere, frangere, & abradere, Soc. d. cap. 18. quòd intelligo, dummodo non fiat in contemptum, & sine populi scãdalo ex reg. quod nihil cum scandalo fieri debet, cap. nihil, vbi latè Fely. de præscript.

3 Secundò quæritur, cui quærantur oblationes factæ capellæ existenti in aliqua Ecclesia? Rectori Ecclesiæ, vel Capellano beneficiato dictæ capellæ, & veritas est, quòd debentur Rectori non benefitiato Altaris, siue Capellæ, nisi relinquantur intuitu ipsius altaris in dubio autem oblationes quæ fiunt in aliquo altari præsumuntur fieri intuitu Ecclesiæ, ita Abb. in cap. 2. de successio. ab inteſt. Marian. Socin. d. libel. 18. q. fin. Felyn. in d. cap. dilectus, & ex coniecturis percipi potest, cuius intuitu fiant oblationes, nam si in

ipso

Digitized by Google

ipso altari adesset Imago alicuius Sancti, vel titulus Sancti, cuius intuitu fierent oblationes, debentur altari, non rectori Ecclesiæ, Felyn. vbi supra.

4 Tertiò quæritur, cui debeatur legatum, factũ capellæ, in qua est confraternitas corporis Christi? hanc quæstionem ponit Durandus, de arte testandi tit. 6. cautel. 7. dicens, quòd legatum debetur Ecclesiæ, & sic rectori, non cõfraternitati; nisi testator exprimat confraternitatem, ad not. per Doc. in l. statuæ, ff. de vsufructu, quòd videtur verũ, nisi appareat ex coniecturis offerentem voluisse offerre confraternitati, vt quia confratres tradunt matrimonio puellas, vel faciunt alia opera pietatis.

5 Quartò quæritur, cui debeatur legatum factũ Ecclesiæ, quæ non reperitur in Diœcesi? & deberi Ecclesiæ Cathedrali, dicunt Lap. alleg. 18. Felyn. in d. cap. dilectus.

6 Quintò quæritur, cui debeatur legatum factum aliquibus Sanctis, Ecclesiis, illis dedicatis, sub eorum inuocatione, vel Ecclesijs in quibus sunt recondita corpora dictorum Sanctorum? & deberi Ecclesijs illis dedicatis, licet alibi sint corpora, nisi in Ciuitate non adessent Ecclesiæ sub inuocatione ipsorum tenet Afflict. decis. 244.

7 Sextò quæritur, cui debeatur legatum factũ Canonicis? & deberi ipsis canonicis, non Ecclesiæ,

Digitized by Google

siæ dicit, Gloss. in cap. 12. q. 2. Ant. Abb. in cap. requisisti de testam. Socin. qui dicit esse communem in l. 2. ff. de reb. dubijs, Couar. d. cap. requisisti, num. 10. quod si fiat ab extraneo alicui canonico debetur illi soli, iuxtà omnes supradictos, & legatum factum canonicis est diuidendũ inter eos eo pacto, quo cetera ipsius capituli bona diuidi solent, vt plus vni, quam alteri detur, iuxtà solitum, Imol. in d. c. & de legato facto Canonicis nõ debetur quarta Episc. Couar. vbi sup.

8 Septimò quæritur, si Episcopus celebrauerit Missam in parochia, in qua Missa fiant oblationes, cui debeantur, Maria. d. lib. 18. q. fin. dicit, quòd licèt oblationes, quæ fiunt in parochia, vel intra parochiam alicuius etiam in Missa, sint parochi, tamen fallit, quando celebraret in parochia Episcopus, nam tota sua diœcesis intelligitur eius parochia, cap. 1. de raptor. ita concludit ex Hostien. de parochiis, §. in quibus ver. quid ergo si Episcopus, vbi Host. limitat, quando cõsuetudo esset in contrarium, vel nisi Episcopus in vno loco nimis longam traheret moram, & ni-

9 mis frequenter celebraret. Idem putat Host. in Archiepis. celebrante Missam, dum visitat prouintiam, sequitur Marian. vbi supr. concludens etiam oblationes factas in consecratione Ecclesiæ pertinere ad ipsum Episcopum ex cap. peti, 18.

10 q. 3. Idem dicit de oblationibus factis in conse-

Digitized by Google

cratione Episcopi, vt debeant esse Episcopi non assistentis.

11 Octauò quæritur pone, quòd consuetudine, vel statuto oblationes, quæ fiunt die dominico debeant esse prælati, & quæ fiunt in festo principali debeant esse Episcopi, si festum principale venit in die dominica, cuius debeant esse oblationes, Bald. in l. 3. ff. de tutelis dicit, quod oblationes, quæ fuerunt factæ contemplatione dominicæ, cedunt Prælato, alie cedunt Episcopo. Sequitur Marian. d. q. fin. qui dicit oblationes factas ab alienis parochianis cenferi, factas ratione festiuitatis, à proprijs parochianis esse dubium, cuius contemplatione fiant, sed eas esse diuiden-
12 das, & ex his potest resolui, alia quæstio, quod oblationes, quæ fiunt in Missa de sponso, quæ celebratur à parocho in aliena parochia, debent esse celebrantis cum eius contẽplatione dentur.

13 Et ex dictis in princip. huius cap. quòd parochus habet fundatam intentionem super omnibus oblationibus, quæ fiunt intra parochiam, videtur dicendum, quòd licet, purificatio post partum non sit actus necessitatis; sed deuotionis, c. vnic. de purificat. post partũ, & proinde videtur, quòd ab omnibus sacerdotibus, ẽt regularibus expleri possit, tamen quia in ea fit quædam oblatio candele in honorem oblationis factę per Beatam Virginem, turturum, vel columbarũ, super qui-

Digitized by Google

quibus oblationibus parochus habet intentionẽ fundatam, quòd ad ipsum solùm, non ad alios sacerdotes spectet purificare mulieres post partũ; & absurdum esset, quòd in vna Ecclesia fieret purificatio, in alia oblatio, seù alteri sacerdoti; nõ enim perficeretur, ille actus deuotionis purificationis. Item benedictio nuptiarũ est de consilio, c. 1. sess. 24. de reformat. matr. Conc. Trid. vt probat, Nauar. cap. 22. num. 83. & tamen à proprio parocho fieri debet, d. cap. 1. Idem videtur dicendum de benedictione ouorum; & tãtò magis domorum, cum fiat extra Ecclesiam in parochia, in qua nõ possunt se intromictere regulares; sed habenda est ratio consuetudinis legitimæ introductæ, iuxt. cap. fin. de consuetud.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi, an teneatur dare syndicatum?*

CAPVT LXXI.

1 AN Vicarius Episcopi teneatur dare syndicatnm? videtur, quòd sic, ex l. vnica, C. vt omnes Iudices; tam ciuiles, quàm criminales. In contrarium se habet consuetudo, & ità expresè declarauit Greg. XIII. in quadam

Digitized by Google

bulla, de anno 1578. directa clero, & communitati Tarentinorum; si quidem cum communitas, & clerus prætēderent Vicarios Archiepiscopi esse obnoxios syndicatui, Græg. XIII. respondit his verbis, Statuimus, & mandamus, quòd Vicarij, & officiales, siue generales, siue particulares; etiam foranei nuncupati, per eundem Archiepiscopum, siuè eius pro tempore successores in d. Ecclesia Tarentina, siuè eius Diœcesi deputati, vel deputandi, ad aliquem syndicatum nullo modo teneantur, aut eidem, sub quouis prætextu sint obnoxij, & hæc bulla reperitur impressa in libro de antiquit. Tarent. in fin. fol. 222. De Vicario Capituli sede vacante, dicit Conc. Trid. cap. 16. sess. 24. de reform. quòd tenetur reddere rationem administrationis nouo Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ secundæ, quando possint benedici, & quid Neapoli seruetur.*

2 *Consuetudo valida in Sacramentalibus.*

3 *Nuptiæ secundæ benedicuntur, quando aliàs non fuerunt benedictæ.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXXII.



1 Dicit tex. in cap. vir autem, de secund. nupt. quòd secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ; etiã si vnus coniugũ fuerit primo loco benedictus, quẽ tex. Panorm. intelligit, etiam si viduus ducat virginem, S. Tho. in 4. dist. 42. q. 3. in fin. dicit, quod possunt benedici, quando ducitur virgo; alias non, sequitur Syl. in verbo nupt. 1. Glo. in d. c. vir autẽ, dicit quòd stãte cõsuetudine, quãdo ducitur virgo possunt benedici, sequitur Nauar. in cap. 22. nũ. 83. qui intelligit opinionem D. Tho. procedere stante consuetudine, quæ potest inducere, vt benedicantur nuptiæ; etiam, quando vidua ducit virginem, vel viduus viduam. Neapoli seruatur, quòd, quando mulier tantum est virgo. Iteratur
2 benedictio omnium consuetudo .n. valet in Sacramentalibus, vt firmat Nauar. vbi supr. per c. de trina, iuncta Gloss. de consecr. dist. 4. & cap.
3 2. de tempor. ordinat. Sed quid? si omnes sint vidui; sed non fuerunt alias benedicti, possunt de nouo benedici d. c. vir autem à contrario sensu, Nauar. vbi supra Neap. si vidua non fuit benedicta, iteratur benedictio omniũ; secus si vir tantũ.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Extrauagans Pauli 2. de rebus Eccles. alie. est vsu recepta in Ciuitate, & Diœcesi Neap.

2 Alienatio rerum Ecclesiæ fieri non potest sine consensu Papæ etiam in casibus alias à iure permissis, nisi iuxtà formam extrauag. Ambitiosæ.

3 Terrulæ, & vineolæ Ecclesiæ, possunt alienari sine sollemnitate, & quæ tales sint.

4 Mobilia prætiosa, quæ dicantur.

5 Solita concedi in feudum, vel emphiteusim, quæ dicantur.

6 Et in quibus casibus non possint de nouo concedi.

7 Fructus, & alia bona Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt alienantur inconsulto Papa, & quæ talia sint.

8 Pecunia, an connumeretur inter mobilia, vel immobilia.

9 Et quid si sit destinata ad emptionem immobilium, vel redacta ex venditione immobilium, aut posita in bancho.

10 Locatio bonorum Ecclesiæ per triennium permissa, & quando vltra.

11 Assensus Papæ, quando interuenit in alienatione rerum Ecclesiæ nulla alia sollemnitas requiritur, & an præsumatur?

12 Commissarij alienat. rer. Eccles. quid aduertere debēt.

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXXIII.

CIrca alienationes rerum Ecclesiæ,
1 quędam pauca magis practicabilia hic inferere decreui, de hac verò materia facit amplum tractatum, celeberrimus Iurisconsultus Stephanus Quaranta Canonicus Neap. ad quem te remitto, & primò notandum, in Ciuitate, & diœcesi Neap. esse vsu receptam extrauag. Pauli 2. de rerum reb. Eccles. alien. quæ incipit, Ambitiosæ, tàm, quoad pœnas intrinsecas nullitatis contractus, quàm quoad pœnas extrinsecas censurarum, & alias; de quo etiam suprà in c. 51 ali-
2 quid tetigimus.

Secundò notandum, quòd verus intellectus dictæ extrauag. est, quòd hodiè, etiam in casibus à iure permissis nõ possunt alienari res Ecclesiæ, in consulto Romano Pontifice, nisi, iuxtà formã dictæ extrauag. & ità in vrbe, & Regno practicatur, quòd vix alienantur modica, sine assensu Papæ, iuxtà cap. terrulas 12. q. 2. quicquid dicat Rodoanus, de rebus Eccles. alienan. q. 36.

3 Tertiò notandum, quòd post dictã extrauag. possunt sine assensu Papæ alienari terrulæ, vineolæ, & domunculæ, Ecclesiæ, minus vtiles, & à longe positæ, sine paruæ, iuxtà d. cap. terrulas, siqui-

Digitized by Google

ſiquidem in generali prohibitione alienationis non veniunt modica, Abb. in cap. vt ſuper, de reb. Eccleſiæ non alien. & de modicis, aut parũ, aut nihil curatur, l. ſcio, ff. de reſt. in integ. & lex generaliter loquens, non includit modica, Socin. in fallent. 229. Sed difficultas eſt, cuius valoris debeant eſſe dicta prædiola, vt dicantur modica, Gloſſ. in d. cap, terrulas, dicit, putà, ſi valeant viginti ſolidis, i. viginti aureis, vt declarat Arch. in cap. ſi quos, ead. cauſ. & quæſt. In contrarium eſt veritas, quòd Iudicis arbitrio remittitur, qui attendere debet conſuetudinem terræ, facultatem rei datæ, & venditæ, iuxtà cap. cæterum, de donat. ità Archid. in d. cap. terrulas, Hoſtien. in ſumm. de his, quæ fiunt à Prælatis, §. fi. Goffred. in ſumma eodem titulo, & §. etenim reſpectu Eccleſiæ pauperis, terra poteſt eſſe magni valoris, & nõ reſpectu diuitis, ſicut cauſa de porcello dicitur magna inter pauperes, & ruſticos, vt latè per Corſet. in tract. de minimis, Innoc. Card. & alij in cap. fin. §. his autem, de off. Deleg. Regulariter autem dicitur minimi valoris terrula, aſcendens ad ſummam ducatorum decem, & nõ plus; & remitti arbitrio tenet celeberrimus, Doctor Pater Marius de Andria, Societatis Ieſu decus, ac totius Regni Neap. ob longum rerum experimentum ſingulare in legendo, & conſulendo præſidium. Prædiolum verò exiguum Eccleſiæ

Digitized by Google

Ecclesiæ vtile non potest alienari sine sollemnitate, cap. 1. 17. q. 4. vbi doct. & in d. cap. terrulas. Fuit etiam dictum in Curia Archiepis. aliud esse alienare terrulas, aliud alienare modicam partẽ magni prædij Ecclesiæ; nam istud secundum fieri non potest; quia hoc modo paulatim possent alienari omnia prædia Ecclesiæ, & fieret fraus legi, l. non dubium, C. de leg. & ex his habetur, quæ dicantur mobilia pretiosa, quæ alienari non possunt, vt habetur in d. extrauag. Iudicis enim arbitrio remittitur, cùm in iure non reperiatur expressum, qui prædicta considerare debet; & regulariter, quando excedunt summam decem ducatorum dicuntur pretiosa, ex communi existimatione.

4

5 Quartò notandum, quòd ex dicta extrauag. possunt alienari res solitæ concedi in emphiteusim, vel in feudum; quæ autem dicantur solitæ concedi, variæ sunt dd. opiniones, in cap. 1. qui feud. dare possunt; sed opinio Iacobi de Beluisio ibi est, quòd requiruntur duo actus concessionis, sine sollemnitate, intrà spatium quatraginta annorum; & quòd talis consuetudo sit vtilis, & non damnosa Ecclesiæ; & ista opinio est magis communiter recepta, vt testatur Clarus, in §. feudum, q. 13. verùm, si semèl res fuit cum sollemnitate concessa in feudum, vel emphiteusim, tunc non obstante lapsu temporis, & geminatione actus,

Digitized by Google

dicitur solita, concedi; & potest de nouo infeudari, sine sollemnitate, vt per plura probat Curtius Iunior de feudis, 2. part. q. 4. vbi dicit esse communem, sequitur Rodoan. de reb. Ecclesiæ, quæst. 65.

6 Quintò notandum, quòd in pluribus casibus prælatus non potest infeudare, vel concedere in emphiteusim res solitas concedi; primus, quando cessat prima causa concessionis, vt si res inculta data esset in feudum, uel emphiteusim, vt reduceretur ad culturã, si postea redacta ad culturã rediret ad Ecclesiam, non poterit de nouo concedi, sine sollemnitate, Abb. singul. in cap. vt super, de reb. Eccl. Curtius vbi sup. q. 1. Secundus casus, quando Ecclesia tempore primæ concessionis erat diues, nunc verò depauperata; ità Iacob. de Beluisio, Card. Aluar. & communis in d. cap. 1. Rodoanus vbi suprà, q. 61. Tertius casus est, quando res solita concedi est incorporata mensæ Ecclesiæ; quia non potest amplius alienari sine sollemnitate, Archid. in cap. 1. 32. q. 8. Abb. in d. cap. vt super, communis in d. cap. 1. qui feudum dare possunt; sed quando dicatur res incorporata mensæ, sunt plures opiniones, quas refert Curtius, vbi suprà, q. 5. sed melior opinio est, quòd requiratur expressa declaratio Prælati, vt si expresse describi faciat rem reuersam inter bona mensę, iuxtà Bart. in l. si vacantia, C. de bonis

nis vacant. lib. 10. Bal. in cap. 1. de cler. qui inue-
ſtituram fecit; vel tacita declaratio, hoc eſt, q̃
Prælatus collegerit fructus ipſius, prout ſolet fa-
cere in alijs rebus incorporatis; & hanc opinionẽ
dicit eſſe magis communem Curtius d. q. 5. Clar.
d. q. 13. Quartus caſus eſt, quando talis conſue-
tudo eſſet inducta per vim, Iacob. Bal. Card. in
d. c. 1. Quintus caſus eſt, quando res eſt data Ec-
cleſiæ, cum conditione, & pacto, quòd alienari
non poſſit; quia, tunc non poteſt de nouo con-
cedi, Aluar. Card. in d. cap. 1. Sextus caſus eſt,
vt non poſſit concedi, alterando ſolitum; puta,
ſi ſolet concedi maſculis, non poteſt concedi fę-
minis, niſi ex magna cauſa, vt, ſi præceſſiſſet me-
ritum ex parte recipientis, qui fecerit aliquod
notabile ſeruitiũ Eccleſ. quia poteſt concedi; ẽt
quoad feminas; ità Iacob. Card. Curtius, & com-
munis in d. cap. 1. ſed dubium eſt, ſi nulla exiſtẽ-
te cauſa fiat conceſſio pro maſculis, & feminis
contrà ſolitam conceſſionem, quæ erat pro ma-
ſculis tantùm, an valeat, ſaltem quoad maſculos?
vel in totum uitietur? Bal. in d. cap. 1. tenet, quòd
valet, quoad maſculos tantum; quia in ſeparabi-
libus vtile per inutile non vitiatur, l. ſancimus,
C. de donat. Contrariam opinionem tenet Bart.
in auth. qui rem, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. ſed pri-
ma opinio eſt cõis, quam latè defendit Curt. d. c.
1. q. 6. Prætereà notandum, quòd, quando con-

Digitized by Google

cedi ſolita dãtur in feudum, vel in emphiteuſim, debet in noua conceſſione adeſſe euidens vtilitas Eccleſiæ, ex verbis claris dictæ extrauag. & propter illam dictionem, tunc, quæ denotat extremitatem temporis, l. 4. ff. de condit. & demonſt. quicquid dicat Peret. in d. extrau. qui dicit ſufficere vtilitatem adfuiſſe in antiq. conceſſione, & euidens utilitas Eccleſiæ dicitur manifeſta, &. magna .i. notabilis, ut poſt alios dicit Prob. in c unic. de cler. non reſid. in 6.

7 Sextò notandum, quòd fructus, & bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ſine ſollemnitate poſſunt alienari, ut in d. extrauag. dicuntur autem bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quę non ſolet durare trienhio, iuxtà Gloſſ. ſingul. in l. 1. C. ſi aduerſ. uſu capi. Alexand. & Ang. in l. 1. §. quæſitum, ff. ad trebell. uel non ſunt duratura triennio abſque notabili deterioratione ſecundum Beroum in cap. nulli, de reb. Eccleſ. uel etiam vltrà triennium, abſque notabili deterioratione, ſecundum Rodoan. vbi ſupr. q. 6. & tales ſunt veſtes attritæ, quæ veteraſcunt, animalia ſuperuacua, & ſimilia, Abb. Card. & communis in d. cap. nulli, licèt ſint mobilia prætioſa, iuxtà Gloſſ. in cap tua, de his, quæ fiunt à Præl. ubi
8 Abb. & alij, pecunia etiam inter mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, enumeratur; quia retenta nihil operatur, cap. eiciens, 88. diſt. Abb.

&

Digitized by Google

& communis in d.cap.nulli; sed difficultas est de pecunia, destinata ad emptionem immobilium, an dicatur res mobilis, uel immobilis? Et fuit in Curia Arch. bis determinatũ, inter mobilia connumerari; ac fuit dictum, hãc esse magis dd.com-
9 munem opinionem, quam tenet Cin. Bal. Alb. Ang. Imol. Florian. Alexand. Aretin. Iason in l. cætera, §. sed si parauit, ff. de legatis primo, Boer. latissimè, decis. 209. ubi enumerat omnes doctores, Roland. de lucro dotis, q. 11. Crassis comm. opin. §. legatum, q. 19. Illustriss. Card. Mantica de coniectur. ultim. uolunt. lib. 9. tit. 3. num. 2. Pinellus in l. 1. C. de bonis mater. 2. part. num. 42. Et propterea fuit dictum, non requiri sollemnitatem in alienatione dictæ pecuniæ; sed quid de pecunia, redacta ex uenditione rei immobilis? & dicendum est, inter mobilia connumerari, ut pulchrè per Tiraquell. de utroque retract. §. 1. Gloss. 7. num. 113. Redoan. ubi supr. q. 6. contra Foller. in praxi. in uerbo annotentur bona; quid autem in pecunia, posita in banco? & inter immobilia connumerari, tenet idem Tiraq. ubi supra, num. 114. post Bal. in cap. post causam, de re iudic.

10 Septimò notandum circa locationẽ per triennium, permissam fieri sine sollemnitate, iuxta d. extrauag. quòd procedit, quando prædia Ecclesiæ quot annis coluntur, & quolibet anno fructus

Digitized by Google

ctus colliguntur; unde si quolibet biennio, uel triennio fructus colligantur, potest ad sex annos, & vsque ad nouem annos fieri locatio; ità notabiliter Barbat. in Rub. de rebus Ecclesiæ, Couar. qui comprobat, lib. 2. variarum resol. cap. 16. Sed quid? si prædiũ quot annis redderet fructus; & fieret locatio vltrà triennium, an valeret, saltèm pro triennio? Bal. in auth. si quas ruinas, C. de Sacrosanct. Eccles. tenet, quòd sic, idem Paulus in auth. qui rem, C. eod. tit. vbi Iason, & Decius testantur de cõi. Coua. vbi sup. qui etiam dicit esse communem; limitant tamen, quando ex coniecturis appareret locatorem, vel conductorem, non minori tempore rem illam, vel locaturum, vel conducturum; quia, tunc in totum esset nullus contractus, iuxt. Alex. Soc. & Alcia. in l. 1. §. sed si mihi, ff. de verborum obliga. Nec valet locatio vltra triennium, cum clausula, q̃ tot sint locationes, quot sunt triennia, vt firmat idem Couar. vbi supra.

11 Octauò notandum, quòd quando in alienatione rerum Eccles. interuenit consensus Papæ, nulla alia sollemnitas iuris est necessaria, Abb. cons. 41. lib. 2. Decius consi. 361. Rota diuersorum, decis. 95. part. 2. & per triginta annos præsumitur assensus Papæ, Rota d. 2. par. decis. 379. late D. Prosp. de August. in summa D. Stephan. Quaranta in verbo alienatio.

Nonò

Digitized by Google

12 Nonò, & vltimò notandum, quòd ex Bulla Pauli IIII. Commissarij, quibus à Romano Pontif. committuntur rescripta, si in euidentem, sunt excommunicati ipso facto, si sunt inferiores; & Episcopi per annum suspensi ab exequtione officij, & obligati ad restitutionem damni illati Ecclesiæ, si suæ conscientiæ prodigi, in grauamen, aut detrimentum Ecclesiæ, per gratiam, timorē, vel sordes alienationi consenserint, aut decretū, aut authoritatē interposuerint. Hi verò, qui dolo, vel fraude scienter in detrimentum Ecclesiarum procurauerint alienationem, siue decretū, sunt etiam ipso facto excommunicati, & non possunt, nisi à Papa absolui. Debent verò animaduertere Commissarij, vt adsit euidens vtilitas Ecclesiæ tempore interpositionis decreti, & non tempore contractus facti, qui in præiudicīū Ecclesiæ factus est nullius momenti, vt habetur in d. extrauag. Ambitiosæ, & latè tradit Rodoan. d. tract. q. 35.

SVMMARIVM.

1 *Quarta funeralis an debeatur, si moritur persona insignis, & post sepultum corpus fiant exequiæ solemnes in aliquo loco?*

2 *Electio sepulturæ commissa voluntati alterius, an valeat?*

3 Ele-

Digitized by Google

3 *Electio sepulturæ, facta ad suggestionem alterius non valet.*

4 *Pater, vel dominus an possint eligere sepulturam filio, vel seruo impuberibus, & quid Neap. seruetur?*

5 *Electio sepulturæ spectat ad Vicarium Neap. quando, qui elegit, non potuit sepeliri in Ecclesia electa.*

6 *Confratres alicuius Congreg. in quo loco sepeliendi.*

7 *Ius funerandi non intelligitur concessum, concessa capella, nisi exprimatur.*

8 *Electio sepulturæ, quomodo probetur.*

9 *Exigi an possit aliquid pro sepultura, antequam corpus sepeliatur?*

10 *Sepultura an possit denegari, ob non solutionem decimarum?*

11 *Sepultura Ecclesiastica debent priuari, qui in paschate non communicauerunt, & quid Neap seruetur.*

12 *Capitulum Cathed. Neap. quãdo inuitatur ad funus ipsum solum defert crucem per alienas parochias.*

13 *Officia mortuorum circa cadauera, in Ecclesiis mendicantium à quibus peragi debent.*

14 *Mendicantes, quando inuitantur ad funus, non possunt per alienas parochias deferre crucem.*

CAPVT LXXIV.

1 MOritur Rex, vel alia persona insignis, sepelitur in eius patria, posteà Neap. vel alibi fiunt exequiæ sollemnes in Ecclesia, ponitur capsa, siuè cenotaphium

Digitized by Google

phium cum culcitra, cereisq; accensis, canitur missa, ac si ibi adesset corpus mortuũ; quæritur, an ista funeralia dici possint; itaut de illis debeatur quarta funeralis? & videtur, quòd non; siquidem, iuxtà notata in clem. dudum, de sepult. funeralia dicuntur, quæ cũ funere ducuntur. Contrarium verò tenet Calder. in cons. 4. de sepult. ex pluribus, ad quê te remicto; & ità seruatur in Ciuit. & diœcesi Neap. nam Archiep. Neap. ab antiquissimo tempore exigit quartam partem omnium cereorum, qui accenduntur circumcirca cadauer sepeliendum in quauis Ecclesia; etiã exempta, dùm diuinum officium peragitur, illamq; exigit, quando fiunt exequiæ aliquorum
2 Principum, qui alibi sepulti sunt, & quia Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Neap. habet priuilegium, & est in antiquissima possessione sepeliendi omnes decedẽtes in Ciuitate, & Diœc. Neap. qui, cùm potuissent, non elegerunt sepulturam; nisi habeant proprium sepulchrum, propterea non abs re esse putaui quædam pauca, quæ circa sepulturam in dubium reuocantur hic inserere; Et primò, solet dubitari, an ualeat electio sepulturæ commissa uoluntati alterius, in præiudiciũ Capituli? Anchar. & Domin. in cap. 1. de sepult. in 6. dicunt ualere prædictam electionem in præiudicium parochiæ, cui de iure competit sepultura, non facta electione; & succesiuè in præiu-

Digitized by Google

dicium capituli, qui ſuccedit in locum parochiq
in hac ciuitate; quia ſatis dicitur elegiſſe, qui per
alium elegit; & ex alijs. Contrariam autem opi-
nionem tenent Lapus in d. cap. 1. & idem Petrus
de Anchar. in conſil. 214. ubi poſt Lapum con-
cludit non ualere dictam electionem; niſi com-
miſſarius eligat uiuente, & ſciente committente;
ualere tamen electionem loci ſepulturæ, cõmiſ-
ſam alicui in Eccleſia per committentem electa.
Iſta ſecunda opinio uidetur uerior, quam pluri-
bus rationibus probant Lapus, & Petrus ubi ſu-
prà, illa præcipua ratione, quòd, licèt electio
committi potuerit, & ipſe committens deceſſe-
rit commiſſione iam facta; non tamen deceſſit
facta electione; & ideo acquiſitum fuit ius Ec-
cleſiæ, in qua debebat ſepeliri; non electa ſepul-
tura; aliud enim eſt eligere ſepulturam, aliud
3 eius electionem committere; & ità Neapoli ſer-
uatur; ſed pone, quòd Parochus, dùm accedit ad
communicandum infirmum, non interrogat ip-
ſum in genere, in qua Eccleſia uult ſepeliri; ſed
in ſpecie dicit infirmo, vis ſepeliri in parochia,
vel alia Eccleſia ipſam ſpecialiter nominãdo? Di-
cendum eſt, non ualere hanc electionem, tamquã
factam ad ſuggeſtionem; ſed debere in genere
interrogari, arg. tex. in l. 3. §. pen. ff. de quæſt. ità
notabiliter ex pluribus concludit Crauetta in
conſ. 16. volum. 1. ſequitur Burſatus, conſ. 226.
num.

Digitized by Google

4 num. 118. volum. 3. Aliud est dubium, an pater, vel dominus possint eligere sepulturam filio, vel seruo impuberibus, tex. in c. licet, de sepult. in 6. dicit, quòd, stante consuetudine, potest pater eligere sepulturam filio impuberi, quem tex. extendunt ad dominũ circa seruũ, Petrus de Vbaldis de canon. Episcop. in fin. cap. 11. Syl. in verbo sepultura, §. 1. Sebast. Medices, de sepult. q. 8. vbi etiam dicunt seruum puberem posse sibi eligere sepulturam; & dicit Syl. ibidem, quòd seruus quoad spiritualia liberatur à domini potestate. Ista cõsuetudo non est in ciuitate Neap. & quia impuberes, quando malitia supplet ætatem, possunt sibi eligere sepulturam, Petr. & Sebast. vbi suprà, cùm etiam matrimonium carnale contrahere possint, seruatur Neap. quod capitulum tradit sepulturę impuberes, siue seruos, siue liberos decedentes, post 12. ætatis annum completum, non antè; sed reliquit parochiæ. Pariter capitulum sepelit puberes, decedentes in furore; nam, licèt non dicatur nolle, qui non potest velle, l. pater seuerinam, vbi Bart. ff. de cond, & demonstrat. potuerunt tamen eligere, dùm erant sanæ mentis; nec consideratur ratio diuersitatis inter istos, & illos, qui sani mente incidunt in aliquam infirmitatem, & amittunt loquelam,
5 l. illud, ff. ad l. aquiliam. decedentes verò facta electione sepulturæ, qui non potuerunt sepeliri

Digitized by Google

in Eccleſia electa, ob aliquod impedimentum, Vicarius Neap. arbitratur in qua Eccleſia ſint ſepeliendi, ſecundum coniecturas, & deuotionẽ; nõ enim poſsũt dici deceſſiſſe ſine electione, nec habuiſſe intentionem ſepeliẽdi in parochia. Præterea Confratres alicuius Congregationis ſunt ſepeliendi in parochia, ſi non eligant ſepulturã, 6 Petrus de Vbal. vbi ſuprà in fine, in cap. incip. veniamus ad alias perſonas; & ſic ad Capitulum ſpectat ſepultura; nec Capitula Cõgregationis, ſiuè ſtatuta poſſunt aliquid decernere: in præiudicium capituli, nẽpè, quòd confratres ſepeliantur in loco Congreg. ſiquidem, nec priuilegium Principis intellig. cum præiudicio tertij, l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & ex regula, l. id quod noſtrũ, ff. de reg. iuris; itaq; niſi Confratres eligant expreſſe ſepulturam Ca- 7 pitulum eos ſepelit. Item notandum, quòd conceſſa Capella alicui; etiam cum iure patronatus, non intelligitur conceſſum ius ſepulchri; niſi expreſsè concedatur, Archid. in cap. 1. de pact. in 6. Bonif. in clem. dudum, §. huiuſmodi, de ſepult. & ſaltèm debet adeſſe licentia Epiſcopi tacita, iuxtà à nobis latius tradita in cap. 40. num. 17. 8 Item notandum, quòd electio ſepulturæ probatur per teſtes ſingulares, ſi vnus deponat audiuiſſe eligi ſepulturam à Franc. in tali loco, & alius in alio loco, Guid. Pap. notabiliter in deciſ.

9

10

Digitized by Google

244. Neapoli ſtatur, dicto confeſſarij, vel teſtamento, aut teſtibus, vt in Conc. Prouinc. ſtatuitur ſub tit. de ſepult. Ad hæc notandum, quòd
9 magis communis Doct. opinio eſt, ex laudabili conſuetudine poſſe aliquid recipi pro ſpiritualibus adminiſtrandis, iuxtà cap. ad Apoſtolicam, de ſim. ſed non poſſe peti, antequam adminiſtrẽtur, non obſtante conſuetudine; ità Hoſt. Inno. Io. Andr. Ant. Abb. Felyn. & alij, in d. cap. ad Apoſtolicam, idq; clarè probatur in d. tex. videtur enim in ſe habere ſpeciem mali, à qua eſt abſtinendum, cap. cum ab omni, de vit. & honeſt. cler. dicit tamen Gaeta. in ſum. in verb. ſimonia, quem ſequitur Nauar. cap. 23. in manual. nume. 106. quòd, quando probabiliter timentur futuræ moleſtiæ, & contentiones, ad illas tollendas, poſſunt conſueta dari, & peti ante adminiſtrationem; & ità Neapoli ſeruatur circà ſepulturas, q; ante ſepulturam defuncti datur pignus, vel alia idonea cautio de ſoluendo, quod fuerit iuſtum, & aliàs non ſepelitur cadaüer defuncti, vt in d.
10 Conc. Prouinc. Neap. cap. 47. Nec etiam debet denegari ſepultura, ob non ſolutionem decimarum, vel alterius debiti; nam impium eſt, arg. c. non extimemus, 13. q. 2. & creditores, impedientes ſepulturam debitorum, propter debitum, amitttunt debitum, ſunt infames, publicantur eorum bona, & aliis pęnis puniuntur, l. fin. cum auth.

Digitized by Google

auth. item, C. de sepul. viol. tantò magis parochus. Nauar. cons. 2. de decimis, qui dicit in specie non licere parocho propria authoritate, repellere parochianos à perceptione sacramentorum ex quo non soluerunt decimas; nec debere Episcopos talia scandalosa tolerare; sed acriter 12
11 punire, prædicta facientes. Vltimò notandum, quòd, qui non confitetur semel in anno, nec in paschate communicat, potest priuari Ecclesiast. sepultura, vt habetur in cap. omnis vtriusq; sex. 13
de pœnit. & remiss. & potest etiam excommunicari; sed Neapoli seruatur, quòd propter amplitudinem Ciuitatis, non solent in genere excommunicari omnes, qui non adimpleuerunt præceptum supradictum; sed solent excommunicari in specie, qui in specie denunciantur in Curia; & in 14
genere, propè festum corporis Christi solet interdici ingressus Ecclesiæ omnibus, qui infrà totam octauam corporis Christi præcepto non satisfecerint: & in anno 1600. Dominus Hercules Vaccarius, tunc Vicarius Neap. doctrina, & probitate insignis, mandauit sepeliri in loco profano quendam iuuenem, qui, vt ex fide parochi apparebat, per duos annos non communicauerat in paschate, nec ostenderat in mortis articulo signa contrictionis; & fuit dictum sibi incumbere onus probandi, quòd communicauerat extrà parochiam in Ecclesia Cathedrali Neapol. Est

etiam

Digitized by Google

12 etiam notandum, quòd quando Capitulum Ecclesiæ Cathed. Neap. inuitatur ad funus, ipsum solum defert crucem, per alienas parochias, & non aliæ parochiæ, facit not. doct. Felyn. in cap. cum non liceat de præscriptio, vbi dicit, quòd Capitulum Cathedralis debet præcedere Prælatum Ecclesiæ inferioris collegiatæ, quando inuitatur ad funus corporis, quod debet deferri per illius parochiam, quia Episcopus præcederet; ergò, & Capitulum. Item pluries declarauit sacra 13 Congreg. quòd, quoties cadauera ad Ecclesias fratrum mendicantium deferuntur, officia mortuorum, ac reliqua officia, quæ in huiusmodi ministerio circa cadauera adhiberi solēt, non à Canonicis, neque à clero; sed à fratribus obiri, & 14 peragi debent. Item notandum, quòd quicquid dicant Oldrad. in cons. 259. & Abb. in cap. cum liberum, de sepultur. mendicantes, quando vocantur ad funus, nō possunt deferre Crucem inuito parocho per eius parochiam, ex bulla Leonis X. Sacro approbante Concilio. 5

SVMMARIVM.

1 *Clerici negotiatores esse non possunt.*
2 *Negotiatio, & artificium differunt.*
3 *Clerici, an possint lucrari ex artificio, sine necessitate?*
4 *Clericus, an possit exercere artificium mixtum cum negotiatione?*

5 *Cle-*

Digitized by Google

5 *Clericus, an possit aliquando exercere negotiationem?*
6 *Et an per alios?*
7 *Clericus, an possit tenere tabernam, & vendere vinũ, quod colligit in possessione sua?*
8 *Negotiator dici non potest, qui semèl negotiationem exercuit.*

CAPVT LXXV.

1 QVia clerici prohibentur esse negotiatores, cap. eijciens, cap. negotiatorem clericum, & per totũ 88. dist. cap. fin. de vit. & honest. cler. cum simil. & sæpè in iudicio quæritur, quas negotiationes exercere possunt, quæ, vt plurimùm in dubium reuocantur, hoc loco
2 recensere volui. Sit itaq; conclusio, quòd clerici non possunt aliquid lucrari ex negotiatione; sed ex artificio sic: dicitur autem negotiatio, quando res empta non mutata forma alteri uenditur; artificium verò, quando quis emit aliquam materiam, & per artificium reducit ad aliquam formam; vt si forte emat vimina, & faciat canistra, vel emat cartam, & conficiat libros, vel emat aliquod lignum, vt conficiat aliquam domum, vel emat filum, & faciat retia, iuxta cap. nunquá de consecr. dist. 5. cap. clericus victus, 91. distin. ità Ant. Abb. Imol. in cap. fin. de vit. & honest. cleri-

Digitized by Google

clericorum; non tamen artificia inhoneſta exercere debent, vt eſſe carnifex, vel publicus faber, pelles, vel coira aptare, & huiuſmodi vilia, & immunda exercere; poterunt tamen vineas proprias vitare, vel fodere, domos ſuas reficere, ligonizare in propria vinea; ſed non locare operas ſuas ad arandum, vel fodiendum, ſpeculat. de cler. coniug. num. 6. & ſeqq. Imol. notab. in
3 d.cap.fin.de vit. & honeſt.clericorum; & lucrari ex artificio licet clericis, etiam ſine neceſſitate, Hoſt. Anchar. in cap. ſecundum inſtituta, ne cler. vel monach. Feder. de Senis conſ. 207. concludens licitum fuiſſe certis monachis. ſiuè abundarent, ſiuè non, facere deferri venam ferream, de vno loco ad alium lucri cauſa, ex quo rudem illam materiam per eorum artificium reducebãt ad aliquam formam, & illam vendebant; & quòd tenebantur ſoluere gabellam, idem tenet Io-
4 an. Baptiſta Ferrettus in conſ. 145. incipiente Quæritur vtrum, cap. Odoardus. Sed quid ſi artificium, ſit mixtum cum negotiatione, putà, ſi clericus emat poſſeſſiones ad finem vendendi fructus percipiendos? Domin. Ant. in d.cap.fin. dicit eſſe prohibitum propter talem mixturam. Contrariam opinionem veriorem eſſe dicit Imolam in d. cap. fin. idem tenet Ferret. vbi ſupra; & ſic poterit clericus emere pullos equorum, & poſtea equos perfectos ſuo labore, & induſtria

Digitized by Google

5 alijs vendere, & similia facere. Sed an clericus possit aliquando exercere negotiationem emendo, & vendendo alteri rem, non mutata forma? Et dicendum est, qnòd sic, ex causa necessitatis, & tunc honestæ, sine mendatio, & periurio, cum prętio moderato, dicendo veritatem, & non mẽdacium, & tantum uolo lucrari; ità Speculat. & Imola, vbi supr. & assignat rationem Imola; quia negotiatio est clericis prohibita; nam vt plurimum
6 non fit sine mendacijs, d. cap. eijciens. Idem tenet Gloss. in d. cap. negotiatorẽ, Host. & Anchar. vbi suprà. Sed an liceat negotiationem per alios sine necessitate exercere? Gloss. & dd. communiter in clem. 1. de vit. & honest. clericorum, dicunt, quòd clericus, qui per alios exercet artem macellarij, vel tabernarij, licèt non incurrat pœnam d. clem. tamen est in culpa, & sic delinquit, facit reg. qui per alium &c. & ista videtur verior opinio, quam tenet Ignatius, Lopez super praxi Diaz, cap. 95. maximam enim cupiditatẽ bonorum temporalium præfefert. Posset nihilominus per alios exercere pro honesta sua. & suorum substentatione, Nauar. cap. 25. num. 111.
7 Sed an possit clericus tenere tabernam, & vendere vinum, quod colligit in possessione sua, vel Ecclesiæ? Et dicendum est, quòd potest tenere tabernam, etiam in domibus Ecclesiæ, dummodo non vendat dictum vinum per se ipsum; sed

per

Digitized by Google

per alium, Dominic. & Franch. in cap. vnic. de vit. & honeſt. cleric. in 6. & poſſe vendere per alios; etiam per minutum cenſeo, cùm diuerſi-
8 tatis ratio reddi non poſſit. Notandum præterea, clericum non poſſe dici negotiatorem per vnius rei emptionem, vel venditionem; ſed plures actus requiruntur, Gloſſ. & Bart. in l. 1. §. licèt, ff. de tributor. actor. Lopez vbi ſup.

SVMMARIVM.

1 *Clerici blaſphemi, quomodo puniantur.*
2 *Intellectus bullæ Pij V. de pœnis blaſphemãtis Deum, & Sanctos.*

CAPVT LXXVI.

1 DIcit bulla Pij V. incipiens, Cùm primum, quòd clerici blaſphemantes nomen Dei, & Beatæ Mariæ, ſi habent beneficia, pro prima vice ammittant fructus vnius anni, pro ſecunda vice priuentur beneficijs, pro tertia vice omnibus etiam dignitatibus priuati, deponantur, & in exilium mittantur; quod ſi non habeant beneficium, pro prima vice, pœna pecuniaria, vel corporali puniantur, pro ſecunda carceribus mancipentur, pro tertia verbaliter degradẽtur, & ad triremes mit-

Digitized by Google

tantur; si verò reliquos Sanctos blasphemauerint, pro qualitate blasphemiæ, atq; personæ, pro arbitrio Iudicis puniantur. Et cùm fuisset inquisitus in curia 1. vice quidam clericus, non habens beneficia, & pluriès blasphemauerat Deum, & B. Virginem, dubitabatur an deberet condemnari ad triremes? Et fuit dictũ, quod illa verba bullæ, pro prima vice, intelliguntur de prima vice punitionis, non blasphemiæ, facit cap. cùm non ab homine, & ibi Abb. notabiliter num. 28. de Iudic. l. capitalium, §. solent. ff. de pœnis, ibi, quòd, si ità correcti, cap. graue, de præbend. ibi, post primam, & secundam correctionem, textus in §. si quis in domo in auth. vt liceat matri, & auiæ, & in auth. de Eccles. titulis, §. sinautem, collat. 9. & in authent. si quis ei, C. de adult. & ita in similibus casibus, de iure esse, tenet Auendanus, de exequ. mandatis Regis, part. 2. cap. 9. quem refert, & sequitur Ignat. Lopez super praxi, Diaz super cap. 70. videtur enim bulla habuisse respectum ad correctionem clericorum: & quia dictus clericus pluries blasphemauerat Deũ, fuit exulatus à ciuitate per quinquennium pro prima vice.

2

SVMMARIVM.

1 *Missæ plures eodem die celebrari prohibentur, regulariter.*

2 *Ce-*

Digitized by Google

2 *Celebrantes duas Missas eodem die, quo puniantur.*

CAPVT LXXVII.

VErior est opinio doctorum, dicentium esse prohibitam celebrationẽ
1 plurium missarum eodem die, per cap. sufficit, de cons. dist. 1. & c. consuluisti, de celebr. miss. ita Archidid. & Card. de Turr. cre. in d. c. sufficit Ang. in verbo missa, num. 46. Syl. in verbo missa el 2. num. 7. Nau. cap. 25. num. 87. Iacob. Menoch. de arbitr. centur. 5. casu 407. qui alios refert, quamuis Diaz in praxi sua crim. cap. 35. dicat de iure non prohiberi, omni tempore celebrare plures missas, possunt tamen plures missæ celebrari eodem die in aliquibus casibus, quos refert Na-
2 uar. vbi supr. Sed dubium est, qua pœna sit puniendus sacerdos, celebrans duas missas eodem die in casibus non permissis, Diaz, & Menoch. vbi suprà dicunt remitti arbitrio Iudicis, qui iuxta facti, qualitatem, & scandalum, pœnam indicet. Neapoli cùm pluries hic casus accidisset, fuit imposita pœna triremnium per triennium, & suspensionis à celebratione Missæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericus officium diuinum omittens per longum tempus, potest priuari beneficio.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXXVIII.

EX Concilio Lateranensi, sess. 4. sub Leone X. clericus habens beneficium, si post sex primos menses, à die obtenti beneficij, absq; impedimento, non recitauit officium beneficiorum suorum fructus suos non facit, pro rata omissionis recitationis officij, & temporis; sed eos, tamquam iniustè perceptos, in fabricas beneficij, vel pauperum eleæmosynas erogare tenetur; si verò vltrà dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur, cùm propter officium detur beneficium, intelligatur autem officium omittere quoad hoc, vt beneficio priuari possit, qui per quindecim dies saltèm non dixerit; quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties sit, quoties contra facere conuincantur; ita habetur in d. Conc. Sotus de iust. & iur. lib. 10. q. 5. art. 6. dicit hanc cõstitutionem non fuisse vsu receptam quoad priuationem beneficij ob omissionem diuini officij, Menoch. de arbitr. casu 429. dicit arbitrio iudicis puniri omittentem recitare horas Canonicas. In Curia verò Archiepiscopali quidam clericus, qui vltrà decem annos non recitauerat diuinum

Digitized by Google

unum officium, fuit priuatus beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitenti contra confessarium creditur, circà reuelationem confessionis.*

2 *Tentant mulieres in actu confessionis, vel propè est suspectus de hæresi.*

CAPVT LXXIX.

COmmunis opinio dd. in cap. omni de pœnitent. est, quòd creditur pœnitenti contrà confessarum, si dicat reuelasse eius confessionem; ad puniendum tamen pœna extraordinaria, Abb. & alij ibi, Royas latein sing. fidei 3. quia veritas alio modo haberinõ põt; sed Card. ibi dicit, posse torqueri, & sic quidam parochus, qui fuit inquisitus in Curia Archiepis. quòd mulieres tentauerat ad turpia, in actu confessionis, contra quem plures ex eis deponebant fuisse tactu, & signis tentatas, & una verbis, fuit tortus, & non confessus fuit etiam suspensus à Cura per annum, de ordine etiam Sacræ Congregationis
2 Sancti Officij in Vrbe. Nec est omittẽdum, quòd tentans mulieres in actu confessionis, est suspectus de fide vehementer quomodo sentit de Sa-
1

cra-

Digitized by Google

cramento pœnitentiæ, vt tradit Pegna ſuper director. Inquiſit. 2. par. q. 55. etiam ſi prope actum confeſſionis, ante, vel poſt ipſas tentauerit, vt vt fertur declaraſſe S. D. N. Clementem Octauum. Prætereà dicunt dd. quòd teſti vnico creditur, quando eſt impoſſibile, vel difficillimum alios inuenire, vt latè tradit Marſilius in l. ſi quis, in fin. ff. de quæſtio. Et ex prædictis quidam ſacerdos, qui dum cantaret miſſam protulerat bis quædam verba inconuenientia, & contra ipſum deponebat Acolitus, de quibuſdam verbis, & Diaconus de alijs, & erant ſingulares, fuit per Curiã ſuſpenſus; a celebratione miſſæ per annũ.

SVMMARIVM.

1 *Sodomita clericus quomodo puniatur.*
2 *Sodomita, an torquendus ex ſolo dicto pueri.*

CAPVT LXXX.

CLerici exercentes ſodomiam debẽt tradi Curiæ ſeculari, vt moriãtur, ex bulla Pij V. quam refert Nauar. cap. 27. num. 249. eamq; intelligit 1 procedere in illis, qui quaſi ex vſu continuo talem artem exercent per illud verbũ (exercentes) nõ. n. ſufficit ſemel actum fieri; ſed requi-

Digitized by Google

requiruntur plures vices, ſicut non dicitur mercator, vel negotiator, qui ſemel mercaturã exercuit, Abb. Ripa, in c. 1. de iuditijs; & qñ delictũ non eſt conſumatum deportatio, l. 1. ff. de varijs & extraord. criminibus, ſed hodie in Curia Archiep. eſt pęna triremium. Sed fuit dubitatum, 2 an dictum pueri ſodomitati ſolum faciat inditiũ ad torturam, Boſſius de inditijs, num. 60. tenet quòd ſic; Sed Proſper Farinac. de indic. & tortura, q. 43. qui cumulat dd. dicit communẽ opinionem, & praxim ſe habere, quod ſufficiat dictum pueri ſtrupati, vel mulieris ſtrupratæ, ſiue ſponte, ſiuè per vim, cnm adminiculis; & aliàs non; & ità apud nos ſeruatur, adminicula ſunt mala fama, mendatia, & ſimilia, quæ refert idem Farinac. d. q. 54. Idem ſi à pluribus pueris quis nominetur fuit dictum in Curia, debent tamen pueri torqueri ad validandam depoſitionem etiã ſi dicant ſe per vim fuiſſe ſtrupatos iuxta conſil. 132. ploti, niſi probetur metus, qui non præſumitur, vt pulchre per Farinatium vbi ſupra, & in Curia Archiepiſcopali ſemper torquentur pueri etiam laici, & mulieres, quæ dicunt ſe ſtrupatas ad comalidandam depoſitionem iuxta tradita ſupra in cap. 10.

SVMMARIVM.

1 *Regulares à quo ordinandi, quo, & cum cuius literis.*

Digitized by Google

2 *Titulus ordinandorum qualis esse debeat; & ibi plures resolutiones.*

4 *Dimissoriæ, quando concedendæ, à quibus, & ibi plures resolutiones, circa eas.*

5 *Vicarius Episcopi, an possit ordines conferre absente Episcopo si est Episcopus.*

6 *Clericus quãdo possit inuitus ab Episcopo in sua diœcesi retineri.*

7 *Dispensandi causa super anni circulo cum ordinãdis, qualis esse debeat.*

8 *Episcopus ordinans, quid possit recipere ab ordinãdis.*

CAPVT LXXXI.

DE ordinationibus clericorum multa à Doctoribus traduntur, præsertim ab Henriquez, in summa, de ordine, Nauar. in suis conf. de tẽporibus ordinationum; & adsunt plures declarationes Sacr. Congreg. Conc. Ego verò quædam pacua ad praxim magis accedentia annotare decreui, &

1 Primò, quod regulares, debent ordines suscipere ab Episcopis, in quorum Diœcesibus sunt monasteria, in quibus degunt, & sunt assignati, vel dimissorias ab eis recipiant, iuxt. cap. 8. sess. 23. de reformat. Conc. Trid. ità fertur declarasse Gregor. XIII. Habetur in bulla Leonis X. Sacro appro-

Digitized by Google

approbante Concilio; & ibi dicitur regularis degere, vbi est assignatus, Domin. in cap. cum nullus, §. religiosi, de tempor. ord. in 6. circà quas dimissorias fuerunt factæ plures declarationes à Sacr. Congr. conc. Sed vltima, quæ est in viridi obseruantia, ità se habet, Congregatio Concil. censuit, superiores regulares posse suis subditis regularibus dimissorias ad ordines concedere ad Episcopum tamen diœcesanum; & si is abfuerit, ad quemcumq; alium Episcopum; dumtamen ab Episcopo, qui ordines contulerit, examinetur de doctrina; quod, si Episcopus diœcesanus à diœcesi non abfuerit; sed noluerit habere ordinationes. Idem esse obseruandum, quòd dictum est, si abesset; si tamen susceptio ordinum non esset data opera dilata in id tempus, quo Episcopus diœcesanus nullas esset habiturus ordinationes. Item declarauerunt, quòd regulares non tenentur nomen, & eorum desideria in Ecclesia proponi facere, & testimonium ferre, iux. cap. 5. sess. 23. de reform. sed sufficit testimonium à superioribus allatum, quod habent requisita; & ità Neap. seruatur, quòd visis dimissorijs superiorum, in quibus testantur de requisitis examinantur de doctrina, & ordinantur.

Notandum prætereà, circa regulares, quòd super interstitijs, nõ Prælatus regularis; sed proprius Episcopus loci, in quo degunt regulares,

Digitized by Google

dispensare debet, vel Abbas, quando dimittit, suos subditos alijs ordinandos, quos ipse ordinare poterat; debet tamen Episcopus se informare de iusta causa dispensandi à superiore regularis ordinandi, vt fertur declarasse sacr. Congreg. & ità Neap. seruatur. tradit etiam frater Hieron. à Sorbo, super compendio priuilegiorum mendicantium, in verb. ordines. Item fertur declarasse Sacr. Congr. quòd regulares, qui non solent facere functiones, vt sunt Iesuiti, non tenentur docere de eis, & in anno 1597. declarauit Cartusianos clericali tonsura insignitos vno eodemq; die posse promoueri ad ordines minores, propter eorum vitam solitariam. Et hæc circa ordinationes regularium dixisse sufficiat; alià ponit dictus F. Hieronymus, & alij, quos vide.

2 Secundò principaliter notandum circà titulũ promouendorum ad sacros Ordines, qui debet esse, vel benefitij, vel stante necessitate, aut vtilitate Ecclesiarum patrimonij, Conc. Trid. cap. 2. sess. 21. de reformat. quòd extenditur etiam ad regulares non professos, ex bulla Pij V. Romanus Pontifex, Gregor. tamen XIII. excepit Iesuitas à dicta constitutione.

Ordinatus sine titulo nullam pœnam incurrit; sed tantum ab Episcopo ali debet, iux. cap. cum secundum, de præbendis; & quando Conc. Trid. d. cap. 2. innouat canones antiquos, intelligit tantum

Digitized by Google

tum, d. cap. cum secundum, non cap. neminem, & cap. Sanctorum dist. 71. ità fertur declarasse Sacr. Congreg. licèt Nauar. consil. 1. q. 16. de constitutio. aliter dixerit in ordinato scienter, & dolosè sine titulo: clerici tamen regulares, qui antè professionem ordinantur sinè titulo, sunt ipso facto suspensi, & exercendo ordines fiunt irregulares, nec possunt absolui nisi à Romano Pontifice, & Episcopus ipsos ordinans à præstatione talium ordinum per annum est suspensus, vt in d. bulla Pij V. sed Neap. per constitutiones synodales suspenduntur omnes ordinati sine titulo, vel cum ficto titulo, qui vero per fraudē, & mendatia decepit Episcopum, vel qui habet vnde se alat, aut patrem diuitem non debet ali ab Episcopo, Detius in cap. Episcopus de præb.

Beneficium ad cuius titulum, quis ordinatur debet esse perpetuum, vnde ad titulum beneficiorum manualium, & amouibilium, & ad titulum Vicariæ temporalis non debet ordinari, quia non est Beneficiū, sed perpetua sic Abb. in c. Michael de filijs presbyt. & beneficium debet habere certos redditus ex Sacr. Congreg.

Potest quis ordinari ad titulum beneficij vniti seminario, sed non ad titulum seminarij, & sufficit, quòd ei sit facta certa assignatio fructuum à seminario causa inseruiendi beneficio. vnito, vt censuit Sacr. Congreg. refert etiam Parisius de

resi-

Digitized by Google

resignatio. lib. 2. q. 6. num. 34. censuisse Sac. Congreg. posse aliquem ordinari ad titulum seruitij in aliqua Ecclesia, cui ascribitur, & deseruire tenetur in ordine suscepto, iuxt. cap. 16. sess. 23. de refor. & taliter ascriptus certe Ecclesiæ à nullo Episcopo recipi debet. Sufficit beneficiū, quod iuncto patrimonio præstat victum Sacr. Congr. Quantitas relinquitur arbitrio ordinarij, qui secundum varietatem locorum arbitrabitur, Neapoli non ordinantur, nisi habentes ad minus annuos reditus ducatorum triginta sex, Etiam propter penuriam sacerdotum non potest quis ordinari sine titulo, etiam si habeat certam assecurationem victus cum certa cautione, etiam si in sufficienti patrimonio iungantur, pitantiæ, eleæmosinæ, anniuersaria confraternitates, & alia emolumenta quæ ex celebratione missarum, & exercitio sacrorum ordinum percipiuntur; Idem si quis sit Grammaticus, Musicus, vel aliam artem exerceat, vt pictor sciptor. Sacr. Congreg. Idem dicendum in doctore illustri quicquid dicat Henriquez de sacram. ord. cap. 1. & beneficium tituli debet vere possideri d. cap. 2. sess. 23. Nauar. cons. 15. de tem. ord. & non potest quis ordinari ad titulum beneficij, quod habet reditus incertos Sacr. Congreg. Item ad titulum donationis potest quis ordinari Sacr. Congreg. etiam si tantundem debeat dummodo donatio sit facta

ad

Digitized by Google

ad hunc finem ordinationis, cum alienari non possit ex d. cap. 2. Nauar. consil. 13. de tempor. ordinat. clericus, qui habet alimenta à patre nõ tenetur ipse recipere fructus beneficij, vel patrimonij, sed sufficit si pater percipiat, & compenset cum alimentis, Bart. in tract. de duobus fratribus in fine, Bald. in l. filiæ, C. familiæ ercis. Ordinatus ad titulum benefitij illud cum equivalenti permutare potest, & resignare si habet vnde se alat, & debet id exprimere, aliàs resignatio est nulla, saltim in foro exteriori, Paris. d. q. 6. nu. 41. an autem valeat resignatio benefitij prædicti si fuit admissa ab Episcopo, vide supra cap. 64. num. 8. Præterea notandum, quod Cur. Archiep. Solet super patrimonio examinare testes super veritate illius, & quod nõ adsint debita, & tam ordinandus, quam donans ordinando iurant patrimonium esse verum, & si ordinandus habet parentes, fratres, vel sorores fit computatio omnium reddituum, ita ut quælibet persona habeat ducatos triginta sex quolibet anno.

Tertiò principaliter notandum, quòd Episco-
3 pus suum familiarem triennalem non subditum, sine literis, dimissorijs sui Episcopi, ordinare potest; dummodo illi beneficium statim reipsa conferat, cap. 9. sess. 23. de reform. nec oportet, quod familiaris habitet intra domum Episcopi, & illi continuo seruiat iuxt. tex. in cap. fin. de verbor. signi-

Digitized by Google

ſignific. Henriquez, de ſacr. ord. cap. 12. lib. 1. in Gloſſ. ſi tamen per totum triennium habitaret in parte remota non poteſt ordinari, quia Epiſcopus eius mores, noſcere non poſſet, Lopez ſuper cap. 26. praxis Diaz, & ſufficit, quod triennium inceperit, antequam dominus eſſet factus Epiſcopus, vt ordinari poſſit; & poteſt etiam ordinari ad titulum patrimonij ſtante vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, vt cenſuit Sacr. Congr. Pariſius de reſignat. lib. 4. q. 2. non tamen poterit cum eo diſpenſare ſuper interſtitijs, nec ſi eſt illegitimus, Nauar. conſil. 27. & 28. de tempor. ordinat. & beneficium eſt illi ſtatim reipſa conferendum, alias ſi poſt aliquot menſes non ſatisfit Conc. Trid. vt cenſuiſſe Sacr. Congr. refert Pariſ. vbi ſupra.

4 Quartò principaliter notandum, circa dimiſſorias, quas concedit Epiſcopus loci benefitij ori ginis, vel domicilij, cap. cum nullus, de tempor. ord. in 6. quod antequam illas Epiſcopus concedat, debet examinare ordinandos, & ſic approbatos dimittere, cap. 3. ſeſſ. 23. de reform. ſi tamen Epiſcopus abeſſet à ſua diœceſi poteſt concedere dimiſſorias in aliena diœceſi, ac ordinandos etiam ſuo examini ſubijcere, & ſi abſentes ſint ad ſe vocare, vt eos examinet, ſi commodum erit alioquin eorum examen Epiſcopo loci demandare in quo degunt, & ſi aliquis abſens fuit

per

Digitized by Google

per multos annos, ita vt ipsum de vita & moribus commendare non possit sufficit, quod ipse ordinarius concedat ei literas dimissorias, quæ continebunt, quod ordinandus non sit cõtumax nec excommunicatus, sed de legitimis parentibus natus, informatio autem de vita, & moribus habenda est ex loco in quo fuit uersatus, Episcopus, cui diriguntur dimissoriè debet examinare tantum de literatura, vt declarauit Sixtus Quintus, Sorbus in d. compendio in verbo ordines, & ita seruatur in Curia Archiep. nec requiritur, quod in literis dicatur in conscientia mea, vt dicit Sorbus expræssio .n. eorum, quæ tacite insunt nihil operatur, l. 3. ff. de legat. 1. & Episcopus non solũ ex causa ægritudinis, impeditus iuxtà cap. 3. sess. 23. de reformat. sed etiã ex alia causa potest cõcedere dimissorias, vt declarauit Sacra Congregatio. & debet exprimere causam impedimenti; valet tamen consuetudo, quòd causa non exprimatur, Rebuffus in praxi, de literis dimissorijs; & ita seruatur, & in dimissorijs debent exprimi ordines sacri, alias, si exprimantur minores ordines, vel ordines non veniunt sacri, cap. 1. de tempor. ord. Rebuffus vbi supra; & dictæ literæ requirunt scripturam; sed licentia celebrandi missam non. Nec expirant per mortẽ cõcedentis, Rebuffus vbi sup. Nauar. cons. 1. de tempor. ord. Nec eas censentur reuocasse Epis-

Digitized by Google

copus, si dicat ordinando, nè ab alio ordinaretur; quia ipse uolebat ordinationes tenere, Nau. cons. 29. de tempor. ordinat. nec illas concedit Vicarius, nisi in duobus casibus vz. Episcopo agente in remotis, cap. cum nullus de tempor. ord. in 6. vel de speciali mandato Episcopi, Rebuffus de forma Vic. Episcopi, num. 87. Iacobus Sbrottius de Vic. Episcopi lib. 2. q. 41. Extrauagan. Pij V. Cum ex sacrorum, imponens pœnam suspensionis ordinatis extrà tempora, vel ante legitimam ætatem, aut sine literis dimissorijs procedit, solũ in ordinatis in sacris, & scienter per verbum ibi, Præsumpserit; secus, si bona fide, Rebuf. vbi sup. tit. de clericis male promotis, Nau. c. 27. nu. 155. Ordinari sine dimissorijs, non solum potest familiaris; sed etiam alius, quãdo proprius Episcopus est suspensus, ex quo alios ordinauit sine dimissorijs, cap. 2. de tempor. ord. in 6. & valent dimissoriæ concessæ à Vicario, etiam mortuo Episcopo, agente in remotis, si non constabat de eius morte, Henriquez vbi supra, cap. 25. §. 3. Et nota, ꝙ Vicarius Episcopi, agentis in remotis, si est Episcopus, potest ipse ordinem conferre; quia, si potest hoc alijs concedere, d. cap. cum nullus, tantòmagis ipse perficere; vt tenet Iacobus Menoch. de arbitrar. cas. 222. quicquid dicat Sbrottius, de officio Vicar. lib. 2. q. 10. qui miratur de Menochio. Vlterius notandum, ꝙ refertur censuisse

Digitized by Google

ſuiſſe Sacram Congregationē, & quòd clericus, qui certo loco non eſt aſcriptus ab Epiſcopo ſuo inuitus retineri non poteſt in ſua diœceſi, ſi non habet beneficium, requirens reſidentiam, vel perſonale ſeruitium, & tenetur illi Epiſc. concedere dimiſſorias; quinimò vidi plnres ordinatos pro vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ obtinuiſſe licentiam ab vrbe ſe abſentandi ab Eccleſia, pro cuius vtilitate, vel neceſſitate, fuerant ordinati, ceſſante tamē neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiç.

7 Ad hæc aduertendum, quòd cauſa diſpenſandi cum conſtituto in minoribus ab ſubdiaconatum ſuper anni circulo, debet eſſe neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ diſiunctiuè, à ſubdiaconatu ad diaconatum, quælibet leuis cauſa, cum iudicio Epiſcopi relinquatur, à Diaconatu ad præsbyteratum vtilitas, & neceſſitas, Eccleſiæ coniunctiuè; ità habetur in cap. 11. & 14. ſeſſ. 23. de reformatio. conſiderat etiam Sorbus vbi ſuprà, in verbo ordines.

Vltimò notandum, declaraſſe Sacram Con-
8 gregationem, quòd Epiſcopus ordinans non poteſt accipere ab ordinandis forbices tobaleas, & pectines; ſed tantum cereum, iuxtà Pontificale Romanum, & hæc ſufficiant, alia vide in ſupradictis doctoribus.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Modus procedendi, & formandi processum in causis Sanctæ Fidei, prout seruatur in Curia Archiepisc. Neapolitana.*

2 *Citatio valet sine expressione causæ, in causa sanctæ fidei.*

3 *Inquisitus non citatur ad videndum iuramenta testium repetendorum, in causis sanctæ fidei.*

4 *Recognitio inquisiti, quomodo fiat in causis sanctæ fidei.*

5 *Testes, an possint haberi pro repetitis in causis sanctæ fidei.*

6 *Confrontatio, quando facienda in causis sanctæ fidei.*

7 *Hæreticus pro primo lapsu, quando moriatur.*

8 *Suspecti de hæresi quomodo puniantur.*

9 *Tortura suspectorum de hæresi vehementer super intentione, & credulitate qualis esse debet.*

10 *Abutens sacramento altaris in sortilegijs, traditur Curiæ seculari.*

11 *Socius criminis, an probet sine tortura in causis sanctæ fidei.*

12 *Christiani, qui abnegauerunt fidem catholicam apud infideles, si sponte reuertantur, & petant reconciliari Ecclesiæ, quomodo abiurare debeant.*

13 *Bigami quando, & quomodo puniantur à Curia Ecclesiastica ob hæresis suspictionem.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXXXII.



Circà causas Sanctæ fidei placet pro iunioribus ponere modum, quo vti tur Curia Archiepiscopalis Neapolitana informando processum; & procedendo in dictis causis, afferendo aliqua magis frequentia, excerpta ex non literis Sacr. Congr. gener. inquisit. Sancti Offic. in Vrbe, transmissis ad hanc Curiam, & à doctor.

1 Primo loco scribitur denuntiatio illius, qui denunciat hæreticos, maleficos, sortilegos, & similes, cum iuramento, & subscriptione eius, ac quilibet alterius testis, quia denũciator habetur pro teste in istis causis, iuxta omnes, in cap. in omni negotio, de testibus, & diligẽter interrogatur super omnibus circunstantijs necessarijs, & in fine denunciationis solet interrogari, si cum persona denunciata habuerit odium, inimicitiam, & fecerit denunciationem ex animi passione, & non pro veritate, & aliquando, quare tàm diu tacuit, quòd non denunciauit, & antequam dimittatur, iniungitur ei silentium, & etiam alijs testibus, etiã cum iuramento, de non dicendo ea, quæ in denunciatione, vel depositione continentur, vt latè tradit Eymeric. in 3. par. direct. de forma exãmin. testium, qui si non seruent silentium, possunt gra-

Digitized by Google

grauiter puniri, vt per Symanch. de cathol. inſtitut. tit. 64. num. 83. & idem ſeruat in examine aliorum teſtium.

Item, quando aliquis denunciat Franciſcum, dixiſſe verba hæreticalia, ſemper fit interrogatorium, ſi protulit dicta verba ſeriò, vel iocosè, aut ex ira, vel referendo aliorum opiniones, & qua intentione; quia poſſet eſſe, quòd retulerit aliorum opiniones, & non eſſet hæreticus, vt tradit Eymericus vbi ſupra, abhorret tamen interrogatoria ſugeſtiua, iuxt. l. 1. ff. de quæſtio. ſed in genere interrogat teſtes, an cognoſcant aliquam perſonam, quæ dixerit, vel fecerit aliquid contra ſanctam fidem.

Secundo loco examinantur omnes conteſtes, & examinandi ſunt adhibitis etiam duabus perſonis religioſis, cap. vt officium, de hæret. in 6. qui tex. procedit etiam in Epiſcopo iuxt. Pegnã in 3. part. direct. ſuper q. 63. & perſonæ religioſæ poſſunt intelligi etiam laici honeſti iuxta eundem Pegnam contra Eymericum, ibi ſed intelligo opinionem Franciſci Pegnæ procedere, quando clerici inueniri non poſſunt, quibus examinatis, vt plurimùm ſolet procedi ad carcerationẽ; ſed cum magna circumſpectione curia ambulat. Si quidem cùm carceratio in cauſis ſanctæ fidei irroget maximam infamiam, numquam Curia procedit ad capturam, niſi ſaltèm adſint inditia

ad

Digitized by Google

ad torturam, & aliquando, quando persona denunciata est grauis, antequam carceret, solet iniungere vni ex consultoribus, vt secreto modo se informet à Parocho denunciati, vel alijs personis fide dignis, quomodo ipse denuntiatus ambulet in vita, & moribus. Rarò autem procedit ad citationem verbalem, & quando citat, non inserit in citatione causam delicti, vt in alijs citationi-
2 bus fieri debet; quia omitti potest in causis sanctæ fidei, vt per Symanch. vbi supr. tit. 44. sed in genere citat ad subijciendum se examini super nonnullis mouentibus, mentem ipsius, Curiæ tãgentibus sanctam fidem.

Tertio loco constituitur reus super contentis in inquisitione, & semper solet interrogari, vt dicat si habet aliquot inimicos, & quos, & causas inimicitiæ, & si cum eis fuerit reconciliatus, nè posteà inuentet inimicos in defensionibus.

Quarto loco dantur inquisito capita inquisitionis, cum termino duorum dierum ad præsentandum interrogatoria pro repetendis testibus. Capita solent formare, hoc modo vz. In primis fiscus ponit, & probare intendit qualiter Franciscus, malè sentiendo de fide cathol. negauit interceſſionem sanctorum; quod fuit. &c.

Item ꝙ est solitus blasphemare ad oẽm leuem animi motũ in ludo, & extrà ludũ hereticaliter, vz. Renego Dio, non credo à Dio, quod fuit &c.

Item

Digitized by Google

Item quod de prædictis omnibus est publica vox, & fama, publicum notorium, & manifestũ.

Item, his stantibus, petit tamquam hæreticum condemnari, iux. sacros canones, & sic de similibus secundum facti qualitatem. Et aliquando conceditur copia Constituti loco capitulorum; & seruat curia, q; tàm interrogatoria, quàm aliæ scripturæ præsentantur, per inquisitum, & aduocatum eius, & non per alios; Nec quilibet Aduocatus admittitur, nisi sit persona grauis, & prius præstet iuramentum coràm Vicario de iustis defensionibus, & abstinendo à defensione quàmprimum nouerit illum, quem defendit esse hæreticum, iuxt. Sancti officij receptam, & laudabilem consuetudiuem, de qua testatur Pegna in 2. parte directorij inquisitorum, commentario 10. Nec etiam in istis causis citatur reus ad videndum iuramenta testium repetẽdorum, cui numquam sunt edenda nomina testium, vt in c. statutum, §. iubemus, de hæret. in 6. et quando testes repetũtur, postquam fuerunt repetiti, super interrogatorijs examinãtur super capitibus fisci; & non solet legi eis prima depositio, & quando sunt repetendi, non solet citari, nè veniãt in cognitionem inquisiti; sed vocantur: verum, si se absentẽt, possunt citari, & excommunicari propter eorum culpam, vt ex literis sancti officij.

Quintò, quando à testibus est facienda recognitio

Digitized by Google

gnitio denunciati, ponitur teſtis in aliqua Camera, in qua p rimulã portæ, vel aliud foramen, ita ut non poſſit ab alijs videri, recognoſcit denunciatum, exiſtentem in alia Camera, poſitũ in medio aliorum; ſi tamen inquiſitus vellet habere teſtes fiſci pro repetitis, curia procedit adulteriora, quicquid dicat Symanch. de catholicis inſtitutionibus, d. tit. 64. num. 25. niſi tamen aliud faciendum videretur, quia vt reus defendatur ſolet Curia repetere ex officio teſtes, licèt reus habeat ipſos per repetitis, per l. ſi non defendantur, ff. de pœnis.

Quintò loco, poſt teſtium repetitionem dantur inquiſito defenſiones, & conſignatur ei copia, omnium repertorum, ſine nominibus, & cognominibus, & qualitatibus, ex quibus poſſet peruenìri ad cognitionem perſonarum teſtium, factis defenſionibus, proceditur ad ſententiam ſine aliqua publicatione, ſed oſtenduntur defenſiones inquiſito, petenti eas videre, & poſteà prę-miſſa citatione ad dicendum expeditur cauſa.

Numquam tamen in iſtis cauſis fit confrontatio teſtium cum inquiſito, niſi, quando teſtes ſunt ſocij criminis, & quando recto Iudicis arbitrio omne teſtium periculum ceſſauerit, nempè, ſi reus eſt perſona viliſſima, qui parum curat habere bonam, vel malam famam, vt meretrix, & ſimiles infames, vt tradit Pegna in tertia parte di-

Digitized by Google

rectorij commentario 348.

In discussione causæ si aliquis reperitur hæreticus formalis, punitur iuxtà sacros canones, & pro prima vice non traditur Curiæ seculari, nisi
7 negauerit Trinitatem, aut Diuinitatẽ Iesu Christi, aut eius conceptionem de Spiritu sancto, aut eius mortem, vt nos redimeret, aut Virginitatẽ Beatissimę Virginis Marię, ut in bulla Pauli IIII. incipiente, Cum quorumdam, posita in fine dire-
8 ctorij inquisitorum. Si uerò aliquis reperitur suspectus tantum, de hæresi, uel apostasia à fide, aut est suspectus leuiter, aut vehementer; quia violenta suspictio, quoad modum procedendi, secũdum hodiernum vsum non differt à vehementi. Quando reperitur quis suspectus leuiter, nempè si per annum perseuerauerit in excommunicatione non in causis sanctæ fidei, & in alijs casibus positis per Eymericum in 2. parte directorij, q. 46. & tunc taliter suspecto solet imponi pœnitentia salutaris, & abiuratio de leui, & non torquetur regulariter. Si verò aliquis est suspectus vehementer; vt quia admiscuit sacramenta, vel sacramẽtalia in fortilegijs, vel inuocauit dęmones ad faciendum ea, quæ non possunt facere potestate naturali, vel ad ea, quæ possunt facere; sed verbis depræcatiuis, vel, si quis blasphemauerit in ludo, & extrà ludum, & ad omnem leuem animi motum pluries, & hæreticaliter, & in alijs casibus,

Digitized by Google

sibus, positis per Eymericum in d. 2.part. q. 47. & tunc taliter suspectus torquetur pro vlteriori veritate super intentione, & credulitate eorum, quæ dixit, vel operatus fuit, & super vsu, & complicibus, & si neget intentionem, adhuc compellitur abiurare de vehementi, & pro facto hæreticali solent condemnari ad triremes, vt bigami, & blasphemi, vel ad carceres, & alias pœnas, referuntur tamen, vt plurimum Summo Pontifici causæ vehementis suspectionis, & senes, & alij, qui ob infirmitatem, aut ætatem torqueri non possunt, poterunt terreri Pegna in 3.part.direct. sup tertio modo, & tortura super vsu intẽtione, & complicibus non solet excedere mediã horã.

Abiuratio de leui, vt plurimum fit in secreto, & in camera Vicarij; potest tamen fieri in publico, quando publica est hæresis suspictio. Abiuratio verò de vehementi solet fieri in publico; & potest etiam fieri in secreto iuxt. tradita per Pegnam, in 3. parte directorij q. 40. Formæ abiurationum ponuntur per Eymericum in 3. parte directorij, num. 161. & sequenti.

10 Qui verò vsus fuit sanctissimo Sacramento altaris in sortilegijs, traditur Curiæ seculari, ex ordinatione Sancti Officij, posita in fine operis iudicialis inquisitorum.

11 Notandum insuper, quòd in causis Sanctę Fidei admittuntur omnes testes; etiam socij crimi-

Digitized by Google

nis, periurij, infames, præter inimicos, vt in cap. in fidei fauorẽ, de hæret. in 6. non tñ duo ex iſtis periuris, aut infamibus plenè probant; ſed ſufficiunt ad præſumptionem, vel aliqualem probationem faciendam, vel inditium ad torturam, vel ad imponendam pœnam extraordinariam; Abb. in cap. per tuas, de ſimonia, Felyn. in c. teſtimon. de teſtibus, Pegna, qui teſtatur de communi in d. par. direct. ſuper q. 64. & licèt ſecundum Symanch. vbi ſup. tit. 64, teſti ſocio criminis ſit adhibenda fides; etiam ſine tormentis; praxis tamen ſe habet in contrarium, quòd torquetur aliquantulum ad validandum eius depoſitionem, contra ſocium; & etiam torquetur teſtis periurus ad ſciendum in quo dicto perſiſtat.

Notandum præterea, quòd, qui abnegarunt fidem Catholicam apud infideles, & ſponte reuerſis petunt reconciliari Eccleſiæ, ſi confiteantur verè, & ex toto corde abnegaſſe fidem, tamquam apoſtatæ formales abiurant; ſi uerò aſſerant non habuiſſe intentionem abnegandi fidem; ſed reuertendi. Et in occulto ſeruabant legem Catholicam, ipſam autem abnegaſſe, vt melius tractarentur ab infidelibus; vel quia neſciebant quid faciebant; & tunc, ſi tempore abnegationis erant pueri, ſolent abiurare de leui; ſi verò maiores de vehementi.

Item ſeruatur in Curia, quod ſi apud aliquem repe-

Digitized by Google

reperiuntur libri hæreticorum, nigromanticorum, pentacula, & similes scripturæ, continentes hæresim, vel apostasiam à fide manifestam, & torqus super intentione, & complicibus negat intentionem, & vsum, solet pro retentione tantum abiurare de leui, & ei iniungi pœnitentia salutaris; & si sunt exteri, aliquando expelluntur à Ciuitate, & Diœcesi Neapolitana arbitrio Curiæ. Item, si bigamus est præuentus à Curia seculari, debet remitti ad Curiam Ecclesiasticam, quæ torquet ipsum super intentione, & abiurare facit; deinde tenetur illum remittere ad Curiam secularem, quæ ipsum punit pro bigamia; quando verò est præuentus à Curia Ecclesiastica in totum punitur ab ipsa, & non potest amplius Curia secularis se intromittere, vt ex literis Congregationis Sancti Officij, quæ conseruantur in Curia. Item Curia Archiepiscop. Neap. procedit contra laicos, committentes sortilegia simplicia, & est in hac possessione, iuxta dispositionem, c. accusatus, §. sanè de hæret. in 6. & etiam ex literis Sancti Officij conseruatis in Curia.

Item illis, qui semel dicunt aliqua verba hæreticalia, vel scãdalosa, ex ira solet imponi pœnitentia salutaris, & aliquando publica, vt teneant candelam accensam in Ecclesia tempore missæ solemnis, sine aliqua abiuratione, iuxta tradita per Pegnam in 2. par. directorij super q. 41.

Hic

Digitized by Google

Hic breuis modus procedendi in cauſis ſanctæ fidei in Curia Neap. eſt totus fere excerptus ex literis Sacr. Congr. Sancti Officij in vrbe tranſmiſſis ad hanc Curiam, in diuerſis cauſis quæ conſeruantur.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio facta Vicario an tranſeat in ſucceſſorem.*

2 *Mandatum de capiendo expeditum à Vicario, an poſſit mandari exequtioni ipſo remoto ab officio.*

3 *Delegata cauſa perſonis in dignitate conſtitutis an poſſit ſubdelegari non habentibus dictam qualitatem.*

4 *Clauſula vocatis vocandis intelligitur quando alius eſt in poſſeſſione beneficij.*

5 *Clauſula conſcientiam tuam oneramus, an impediat ſubdelegationem.*

6 *Nudum miniſterium commiſſum impedit ſubdelegationem.*

7 *Delegatus qui non poteſt ſubdelegare debet recipere iuramenta teſtium.*

8 *Delegatus, an poſſit reuocare ſententiam qua pronuntiauit ſuper competentia Judicis.*

9 *Decreto procedendum eſſe ad vlteriora quando vtitur Vic. Neap. delegatus Papæ.*

10 *Canonici Eccleſiæ Cathedralis an dicantur eſſe in dignitate, & poſſint ab illis expediri breuia commiſſa conſtitutis in dignitate.*

11 No-

Digitized by Google

11 *Notarius Episcopi an debeat actitare causas delegatas ab Episcopo, vel Vicario.*

CAPVT LXXXIII.

SVpereſt aliqua recenſere de cauſis delegatis, quæ quotidie vertuntur in Curia Archiepiſcopali; & primo notandum, magis communem doctorum opinionem eſſe, quòd delegatio facta à Papa Vicario Epiſcopi, per obitum ipſius vicarij, vel remotionem ab officio, expirat, & non tranſit in vicariũ ſucceſſorem, licèt ſub nomine officij facta fuerit; quia vicarius propriè non dicitur habere ſucceſſorem, & vicariatus non eſt dignitas permanẽs; ita Butrius, Abb. Felyn. Decius, Mantua, Berous in cap. quoniam, Abbas, de officio delegat. quæ communis opinio limitatur, vt non procedat quando ſtilus alicuius Curię eſſet in contrarium, Rot. Achill. de Graſſ. deciſ. 3. de offic. vic. Rot. diuerſorum deciſ. 12. part. 1. & vbiq; eſſe hanc obſeruantiam contrà communem opinionem, dicit Card. in clem. 2. num. 6. in fine, de reſcrip. Gambar. de auctoritate legat. à latere, lib. 8. num. 97. nec etiam procedere communem opinionem, quando delegãs habuit reſpectũ ad tribunal Epiſcopi, iux. Butr. in d. cap. quoniam, Abbas nu. 25. & communem opi-

Digitized by Google

opinionem habere in rigorem,& ſubtilitatem dicit Rota diuerſ. vbi ſuprà, ipſamq; Rotam ſemper fuiſſe ſolitam amplecti equitatem; aliàs attenta communi opinione ſubuerteretur multæ expeditiones; niſi, quando cenſetur electa induſtria perſonæ, tunc Rota ſeruat cõmunem opinionem. In Curia Neap. obſeruantia eſt contrà communem opinionẽ, quòd Vicarius ſucceſſor, cognoſcit de cauſa delegata Vicario prędeceſſori. Item ſeruat, quòd Vicarius ſucceſſor punit teſtes,qui falſum depoſuerunt corã Vicario præ deceſſore,in cã ſibi à Papa delegata, ex prædictis cum videatur offenſum tribunal; & ità iudicauit in anno 1599. & condemnauit ad fuſtigandam quãdam mulierẽ, quæ falſum depoſuerat in quadam diſpoſitione matrimoniali, commiſſa à Papa Vicario prædeceſſori, & ab ipſa expedita. Fuit
2 etiam dictum,& obſeruatum in Curia,quòd mãdatum de capiendo clericum, expeditũ à Vicario Neap. remoto illo ab officio, poteſt mandari executioni abſque, quòd renouetur ab alio Vicario, ex doctrina Angel.in l. fundi.ff.de acquir. poſſeſſione; dummodo captura fuerit decreta, cum cauſæ cognitione, idem & tantòminus in mandato de immittendo in poſſeſſionẽ dicit Bar. & alij communiter ibi.

3 Secundò notandum, cauſam delegatam à Papa hominibus in dignitate conſtitutis, aut Canonicis

Digitized by Google

nicis Eccleſiæ Cathedralis non poſſe ſubdelegari alijs perſonis, non habentibus eandem qualitatem, nec expediri extrà diœceſim, niſi conſenſus partium accedat, cap. ſtatutum, §. in nullo quoque, de reſcript. in 6. qui text. non procedit, quoad ſubdelegationem faciendam alijs, in meris executoribus gratiarũ Apoſtolicarũ; nec etiam in ſubdelegatis, quibus non committitur, niſi nudum miniſterium, putà inductio in corporalem poſſeſſionem, quæ ſimplicibus clericis committitur, examinatio teſtium, Domin. & Franch. in d. §. in nulloquoq; & quando executor eſt datus cum clauſula, vocatis vocandis, procedit textus in d. §. in nullo quoque; quia eſt Iudex, Franch. vbi ſupra.

4 Tertiò notandum, quòd aliquando committitur poſſeſſio beneficii, impetrati à Papa, alicui, ſine illa clauſula, vocatis vocandis, dubitatur, an ſubintelligatur, quando alius eſt in poſſeſſione beneficij? Veritas eſt, quòd ſic, ex tex. in cap. licèt Epiſcopus, de præbend. in 6. vbi Franch. Ferrett. conſ. 4. Pariſius de reſig. benefic. lib. 11. q. 10. num. 33. vbi teſtatur de communi; vocato tamen poſſeſſore proceditur ſummariè, vt dicit Gloſſ. in d. cap. licèt Epiſcopus, in verbo te non vocato.

5 Quartò notandum, quòd iuxtà veriorem opinionem, per clauſulam, conſcientiam tuam one-

Digitized by Google

ramus, non impeditur ſubdelegatio, vt latè tradit Felyn. in cap. fin. de offic. delegati, qui limitat, quando Papa diceret, decidas ſecundum conſcientiam tuam, & tunc niſi diceret, decidas ſic, aut ſic, idem de clauſula, conſcientiam tuam onc ramus, tenet Nauar. in conſ. 6. de officio deleg. & vidi ſeruatum in Curia Archiepiſcopali.

5 Quintò notandum, quòd quando à Papa committitur nudum miniſterium abſolutionis, vel diſpenſationis non poteſt ſubdelegari, cap. fin. §. fin. de offic. delegat. niſi nudum miniſterium eſſet parui momenti, iuxta Felyn. ibi, qui ponit aliàs limitationes, & limitat illud de diſpenſatione, vt intelligatur in concernentibus factum cõmiſſæ diſpenſationis, quæ tamen ſunt cognitionis circa poſſe committi, putà, informationẽ de moribus legitimandi.

7 Sextò notandum, ſubdelegatum à delegato Papæ, vel delegatum ab Ordinario poſſe cõmittere vnum articulum cauſæ abſque iuriſdictione Inn. Ant. in cap. cũ Bertoldus, de re iudic. Fel. in c. ſuper quæſtionum, de offic. Deleg. Franch. in cap. cum cauſam de appellat. & ideò non poterit committere examinationem teſtium, cum iuramento; ſed poſt delatum iuramentum teſtibus, & admiſſa capitula, & interrogatoria poterunt per alium examinare; quia cùm non poſſit ſubdelegare, non poteſt articulũ iuriſdictionale com-

Digitized by Google

committere, vt latè p Franch. vbi sup. post Abb. & alios in d. cap. cum Bertoldus, ex his apparet, quòd quando committitur dispensatio vicario Neap. qui non potest subdelegare, debet prius recipere iuramenta testium, & posteà alijs examinationem demandare.

8 Septimò notandum, quòd delegatus, qui pronunciauit se non habere iurisdictionem, illam nõ reassumit, vt dicit tex. in cap. significasti, de officio delegati, & ibi Felyn. qui affert plures limitationes, quarum ista in praxi est notabilis, vt ille tex. procedat, qñ Iudex, qui sic pronunciauit, est datus principaliter in causa; secus, si accessoriè, vt est executor in causa beneficiali, qui si pronunciat se non esse executorem, non finitur iurisdictio, quin posset reuocare; ratio est, quia, ex quo durat principalis gratia, non potuit eius pronunciatio auferre ius partis.

9 Octauò notandum, quòd multi procuratores ad impediendum delegatum à Principe, vt non possit procedere ad vlteriora dicũt Delegatum non habere iurisdictionem, & instãt declarari per cõmissarium delegatum, si est Iudex competens, vel ne, vt possint appellare à declaratione; sed Vicarius Neap. Delegatus, solet facere decretũ oppositis non obstantibns, procedendum esse ad vlteriora, & procedere ad ea, quæ incumbunt, & non est opus expræssa pronunciatione,

Digitized by Google

& Ant. in cap. ſuper literis, col. 23. de reſcriptis, quem refert, & ſequitur Felyn. in cap. ſuborta, de re iudicata, num. 6. ibi tertius caſus.

10 Nonò notandum, quòd canonici Eccleſiæ cathedralis non dicũtur proprie habere dignitatẽ, licèt quoad delegationes æquiparentur dignitatibus, cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. vbi omnes; quamuis ſint in magno honore, Felyn. in c. paſtoralis, de offic. delegat. faciunt. n. vnum corpus cum Epiſcopo, c. cum clerici, de verb. ſignif. dicuntur clerici primi gradus, Præpoſ. in cap. Epiſcopos diſtin. 18. in proceſſionibus ſeſſionibus, quando ſunt collegialiter congregati præcedunt etiam Abbates habentes vſum mitræ, & baculi, Dec. in cap. 2. de iudiciis; alij clerici, diœceſis tenentur præſtare reuerentiam Epiſcopo, & Capitulo Cathedralis, d. cap. cum clerici, poſſunt eſſe conſeruatores mendicantium, vt in compendio priuileg. mendic. verb. conſeruatores, licet conſeruatores debeant eſſe in dignitate, dicũtur fratres Epiſcopi, vnde ipſi ſolum recipiunt Epiſcopum ad oſculum, cap. dilecto, de præbend. dicũtur coadiutores, cõſiliarij, ſenatus, membra Epiſcopi, vt late per Card. Paleot. in Archiep. Bonon. in par. 7. fol. 513. & tandem non poteſt negari, quin largo ſumpto vocabulo veniãt appellatione dignitatis, vt dicit Felyn. in d. cap. paſtoralis, num. 12. Verallus, deciſ. 157. par. 1. Achill.

de

de Graſſis, deci. 1. de reſcriptis, in qua concludit, quòd quando Breuia ab vrbe ſolent committi canonicis, ſi poſtea committantur conſtitutis in dignitate poterunt expediri per canonicos, attenta veriſimili mente committentis ex conſuetudine; nam mens patris familias interprætatur ex conſuetudine, Gloſſ. in l. vel vniuerſorum, ff. de pignorat. actio. & quando reſcripta ſunt fauorabilia, poſſunt etiam expediri à canonicis, iux. Verallum, vbi ſupra.

11 Prætereà notandum, quòd notarius Epiſcopi debet actitare cauſas delegatas alteri ab Epiſcopo, vel Vicario, cũ delegatus repræſentet delegantẽ, ita Bald. in l. fin. C. vbi & apud quem cognitio reſtitutio. Boer. deciſ. 258. ſed an cauſas delegatas à Papa Epiſcopo? dicendum, quòd ſic, qñ ſunt excitatiuæ iuriſdictionis, iuxt. cap. licèt, de offic. ordin. alias non; quia delegatus repræſentat Papam, cap. ſane, de offic. delegat. ſed vide Annam in ſing. 4.

Vltimò notandum, quòd Epiſcopus non poteſt ſe intromittere in cauſa delegata à Papa ſuo Vicario, Card. Imol. Bonifac. in clem. 2. de reſcriptis; etiam ſi eſſet commiſſa Epiſcopo, vel Vicario, quia ſi literæ fuerunt præſentatæ vni eorũ alter non poteſt ſe intromittere, cap. cùm plures, vbi omnes, de officio deleg. in 6. Imò quando delegatus Papæ ſubdelegat cauſam, & ſubdelegatus,

Digitized by Google

gatus incepit procedere non potest per delegatum causa auocari; & ideo praxis est, ut fiat subdelegatio, cum potestate auocandi in quacumq; parte litis, cap. quamuis, & cap. si delegatus eod. tit. & lib.

SVMMARIVM.

2 *Vicarius capituli sede vacante, qualis esse debeat.*
3 *An possint esse plures.*
3 *An ipso constituto possit alteri causa delegari.*
4 *An possit Vicarius constitutus à capitulo reuocari.*
5 *Quæ potestas transeat in Vicarium capituli.*
6 *Capitulum sede vacante administrat per octo dies.*
7 *Et an possit restringere numerum octo dierum ad constituendum Vicarium.*
8 *Vicarius capituli canonicus, in quo loco sedere debeat, vt lucretur distributiones.*
9 *Et an debeat habere salarium, ac si esset extraneus.*
10 *Et si delinquat, an capitulum teneatur.*
11 *Capitulum potest constituere Vicarium, Episcopo agente in remotis.*
12 *Vicarius capituli an possit absoluere illum, cuius absolutionem Papa commisit Episcopo, vel Vicario.*
13 *Vicarius capituli an possit alium Vicarium facere.*

Ca-

Digitized by Google

CAPVT LXXXIV.

DE capitulo sede vacante verba facturus, primò de vicario ipsius tractare proposui; sciendum de iure posse capitulum per seipsum administrare, & non teneri constituere Vicar. Fel. in cap. cum olim, de maior. & obed. sed post Conc. Trid. tenetur infra octo dies, post mortem Episcopi vicarium constituere, uel existentem confirmare, qui saltèm in iure canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel aliàs, quantum fieri poterit, idoneus; si secùs factum fuerit ad Metropolitanum huiusmodi deputatio deuoluatur; & si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exẽpta; tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempta Economum, & Vicarium idoneos possit constituere; ita habetur in c. 16. sess. 24. de refor. Conc. Trid. circa quem textum fertur Sacram Congregationem declarasse, quod si capitulum eligit non doctorem, quando haberi potest doct. electio est nulla, item, quod si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cùm non esset doctor, capitulum non debet eum confirmare; sed alium, qui sit doctor, eligere. Item non esse necessarium, vt Vicarius sit de gremio capituli; si tamen.

Digitized by Google

tamen adeſſet idoneus, cæteris paribus eſſet præferendus; quam declarationem intelligo procedere, etiam, quando deuoluitur electio à capitulo ad Archiepiſcopum, vt non teneatur eligere de capitulo, non obſtante cap. nè per defectu, de elect. quia procedit in electione Prælati. Item fertur declaraſſe, quòd ſi Capitulum elegiſſet plures Vicarios, magis idoneus, habens qualitates
2 Concilij, remanere debet. Sed quid, ſi elegiſſet plures Vicarios æquè idoneos? vr omnes adminiſtrare poſſe; nam capitulum de iure poteſt facere plures Vic. vt latè per Pauin. vbi ſup. 2. par. q. 10. nec Concil. Trid. contradicit; poterat. n. dicere vnum, aut plures, vt dixit de æconomo, & cõtra eũ, qui legẽ dicere potuit larga fit interpretatio, regul. cõtra eum, & ſede Neap. vacante ob mortẽ bo. mem. Anibal. de Capua, Arch. qui viuens habebat duos Vicarios, vnum generalẽ, & alterũ monialium, capitulum confirmauit eoſdem. Sed,
3 an conſtituto Vicario poſſit vnam cauſam alteri delegare? Card. in clem. ſtatutum, de reſcript. dicit, quòd ſic, idem Pauin. d. q. 10. Sed poſt Conc. Trid. aliud videtur dicendum; ſiquidem, cùm nõ poſſit adminiſtrare per ſe ipſum, ſed per Vicarium, in quem Concilium transfert poteſtatem, non poteſt ab eo illam auferre, & alteri cauſas delegare; niſi ex iuſta cauſa, nempè ſuſpictionis, vel alia. Sed, an poſſit Vicarium electum re-

uocare?

Digitized by Google

uocare? Pauinus d.q.10. dicit, quòd sic; sed post Conc. Trid. videtur dicendum, quòd non, sine causa; nam in collegio Ecclesiastico, quando tenetur aliquem eligere, improbatur à iure mutatio, & variatio, sine causa, vt notabiliter per Abba. in cap. publicato, de election. facit cap. cùm autem, de iure patr. nec Conc. contradicit; & in Vicarium capituli non transit maior potestas,
5 quàm in Vicarium Episcopi: ac propterea sine speciali mandato non potest facere ea, quæ non posset Vicarius Episcopi, Pauin. d.q.10. Sed post Conc. Trid. contrarium videtur dicendum; si quidem, cùm velit administrationem residere in Vicario, & Capitulum non posse administrare, id non fieret, si aliqua potestas apud capitulum remaneret; & per illos octo dies ante, ipsum capi-
6 tulum administrabit; nam ad ipsum spectat de iure administratio, si non eligitur Vicarius, Fely. in cap. cùm olim, de maior. & obed. num. 8. facit cap. 10. sess. 7. de refor. vbi interdicitur Capitulum, contraueniens d.cap. 10. quod non esset, si Vicarius contraueniret; & tex. in d.cap. 10. fuit conditus ante textum d.cap. 16. quamuis Iacob. Sbrottius de offi. Vicar. lib. 1. q. 61. dicat per illos octo dies Archidiaconum debere administrare; licèt enim Archidiaconus in aliquibus casibus sit Vicarius Episcopi constitutus à lege, c. ad hæc, de offic. Archid. Abb. in cap. dilectæ, eod. tit. nõ

Digitized by Google

tamen est Vicarius Episcopi sede vacante; & capitulum videtur, quòd possit restringere numerum dierum octo pro constituendo Vicario, per
7 tex. & ibi Abb. in cap. Ecclesia vestra, de elect. Et Vicarius capituli Canonicus, interueniens in
8 choro, vt lucretur distributiones, debet sedere in loco sui canonicatus, per tex. in cap. à collatione, de appell. in 6. & ista est communis opinio, quæ seruatur ferè vbique, Menoch. de arbitr. casu 68. num. 23. & Canonicus Vicarius debet
9 habere salarium, ac si esset extraneus, & capitulum tenetur de delicto Vicarij nisi quantocitius sciuerit purgauerit eius delictum, Pauin. d.q. 10.
11 & capitulum potest constituere Vicarium, Episcopo agente in remotis, quia lõga absentia æqui paratur morti, Card. in clem. vnic. de offic. vicar. sub nu. 19. Bonif. in clem. 1. §. volumus, nu. 17. de for. compet. facit cap. si Episcopus, de suppl. negl. Præl. in 6. tex. in cap. vnic. §. fin. de sede vacan. in 6. & ità fuit seruatum in nostra ciuitate, tempore, quo bon. mem. Anibal de Capua Archiepiscopus degebat in Polonia, Legatus Summi Pontificis, vir numquam satis laudatus; nam mortuo Vicario, fuit per capitulum electus Vicarius, primus Consultor Curiæ Oratius Raparius, qui posteà fuit creatus Episcopus
12 Alexanen. vir quidem meritissimus; & Vicarius capituli non potest absoluere illum, cuius

abso-

Digitized by Google

absolutionem Papa commisit Episcopo, vel eius Vicario, Felyn. in cap. eam te, de rescript. num.
13 17. Et non potest ipse Vicarius alium Vicarium facere; nisi ad breue tempus, & ex magna causa, ac non nimis frequenter poterit alium suo loco relinquere; vel, nisi haberet potestatem à capitulo; & ideo posset poni in commissione, vt possit facere alium vicarium, quem capitulum ipsum constituit, vt tradit Pauin. d.q.10. & hæc breuiter de vicario capituli.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum sede vacante, succedit Episcopo in iurisdictione, tàm spirituali, quàm temporali, tam contentiosa, quàm voluntaria; & quãdo in voluntaria.*

2 *Capitulum sed. vac. succedit in pluribus, competentibus Episcopo iure ordinario, à nu. 2. vsq; ad nu. 29.*

29 *Capitulum sed. vac. non succedit in his, quæ competunt Episcopo iure spetiali.*

30 *Capitulum sed. vac. non succedit in iurisdictione delegata Episcopo; etiam si esset delegata à iure.*

31 *Capitulum sed. vac. succedit in iurisdictione competente Episcopo, ratione additamenti.*

32 *Cap. sed. vac. non succedit in his, quæ sunt dignitatis Episcopalis; hinc non concedit indulgentias.*

33 *Capitulum sede vacante succedit in his, quæ sunt ordinis Episcopalis; dummodo ea faciat exerceri per alios Episcopos.*

Digitized by Google

34 *Capitulum sede vacante non succedit in emolumento, quod ex iurisdictione competit Episcopo.*

35 *Capitulum sede vacante non tenetur requirere coadiutorem, quem habebat Episcopus.*

36 *Sede vacante non agitatur causa Ecclesiæ. Amplia, & limita, ibidem.*

37 *Sede vacante non currit præscriptio contra Ecclesiam.*

38 *Præscriptio non currit contrà Ecclesiam tempore, quo viuit Prælatus malè alienans.*

39 *Sede vacante non expirant gratiæ, concessæ ab Episcopo, hinc non expirant dimissoriæ ad ordines; nec licentiæ audiendi confessiones, nisi fuerint concessæ ad beneplacitum Episcopi, sicut casus reseruati Episcopo, qui eius morte expirant.*

CAPVT LXXXV.

1 CIrcà potestatem capituli sede vacãte variæ sunt Docto. opiniones, vt potest videri per Docto. in cap. cũ olim, de maior. & obed. & per Panin. de potest. Capit. sed vac. per tot. Ego verò per breues, & claras conclusiones procedam.

Prima conclusio, Capitulum, sede vacante, succedit in omni iurisdictione, quæ iure ordinario cõpetebat Episcopo, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus, c. pen. de supplen. neglig. Prælat.

Digitized by Google

lat. in 6. cap. 1. de maior. & obed. & in cap. 1. de inſtit. in 6. cap. cùm olim, de maior. & obed. vbi omnes Doct. text. & gloſ. in clem. ſtatutum, in verb. ſecularis, de electio. latè Pauin. par. 1. q. 2.

Primò amplia, vt ſuccedat etiã in iuriſdictione, quæ ex conſuetudine competebat Epiſcopo, Abb. & alij in d. cap. cùm olim.

Secundò amplia non ſolum in contentioſa, ſed etiam in voluntaria, ex ſupradictis iuribus, probatur etiam in cap. cum nullus, de tempo. ordin. in 6. & per omnes in d. c. cùm olim. Declara hãc ampliationem, vt Capitulum poſſit exercere iuriſdictionem voluntariam, ſtante neceſſitate, & non alias, vt voluit gloſ. ſingularis in clem. 1. de hæreti. quæ eſt communiter approbata, vt dicit Felyn. in d. cap. cùm olim, num. 70. & alij; quãuis non defuerint Docto. qui dixerunt in Capitulo conſtituendam eſſe regulam affirmatiuam, vt poſſit facere quæcunque poterat Epiſcopus, Fed. de Sen. latiſſimè, conſil. 30. & 40. quem ſequitur, & latè defendit Pauin. in d. tract. par. 1. q. 1. Nauar. in conſ. 7. de fil. præsb. dicit hanc eſſe veram, & firmam regulam, vt ſuccedat in omnibus Epiſcopo, præterquàm in expræſſis; quæ opinio probatur ex infraſcriptis auctoritatibus, quas Capitulum habet; etiam non exiſtente neceſſitate, & certè verior videtur opinio Fed. & quàmuis textus in c. 2. ne ſede vacante dicat,

quòd

Digitized by Google

quòd ſolùm in expreſſis ſuccedit Capitulũ Epiſcopo, ſufficit fuiſſe expræſſum per regulas generales, Lambert. de iur. patr. lib. 1. par. 1. ar. 9. 2. q. princip. Sed deueniamus ad magis ſpetialia.

2 Primò poteſt capitulum, ſede vacante, viſitare, Abb. in d. cap. cùm olim, cùm viſitatio fiat ex neceſſitate, cap. fin. de ſuplen. neglig. Præla. in 6. maximè, vbi de proximo non ſperatur ſucceſſor, Pauin. d. tract. par. 1. q. 7. Felyn. d. cap. cùm olim, qui aliquatenus dubitat de opinione Abb. eam tamen ſequendo, declarat non procedere, quando de proximo ſperatur ſucceſſor, & quando viſitatio competebat Epiſcopo iure ſpeciali, iuxta clem. attendentes, de ſtat. monach. vt dicit Abb. in d. cap. cùm olim, idem Innoc. in cap. ad abolendam, de hæret. qui dicunt Capitulum non poſſe viſitare Monaſteria exempta, iuxtà d. clem. voluit tamen collectaneus in d. c. cũ olim, quòd ex neceſſitate poſſit.

3 Secundò poteſt inquirere, & punire delinquẽtes, Docto. in d. cap. cum olim.

4 Tertiò poteſt excom. Franch. in c. 1. de maior. & obed. in 6. & ſine dubio ad finẽ reuelationis, vt animæ exeant à peccato iuxta cap. 3. ſeſſ. 25. de refor. & ita ſeruatum fuit in noſtra Curia.

5 Quartò poteſt abſoluere à iuramento, Card. conſ. 38. Felyn. d. cap. cum olim.

6 Quintò poteſt dare licentiam ædificandi Ecclẽ-

Digitized by Google

cleſiam, vt acquiratur ius patronatus, Calder. conſ. 3. de iur. patr. Pauin. par. 2. q. 5. Lamber. de iur. patr. lib. 1. par. 1. art. 9. 2. q. principal.

7 Sextò poteſt facere compoſitiones, vt quilibet Iudex Ordinarius, iuxtà l. tranſigere, C. de tranſactio. cùm habeat iuriſdictionem ordinariã, ex latè deductis per Pauin. d. tract. par. 1. q. 2. & compoſitio non eſt gratia; ſed mera iuſtitia, d. l. tranſigere. Sed cui debeantur compoſitiones, & pœnæ pecuniariæ vide ſupra in cap. 68. 1

8 Septimò poteſt diſpenſare in caſibus, in quibus poterat Epiſcopus, Feder. de ſen. latiſſime conſil. 3. & 4. Paui. par. 1. q. 30. Nauar. conſil. 31. de temp. ordin. cum diſpenſatio deſcendat à iuriſdictione, Abb. & alij in d. cap. cum olim, & Nauar. conſ. 31. voluit, quòd capitulum poteſt diſpenſare cum illegitimo ad minores ordines, & benefitium ſimplex, iuxta cap. 1. de filijs presb. in 6. Idem quando diſpenſatio eſt debita, iuxta cap. Domino ſancto, & cap. vt conſtitueretur, 50. diſtinct. Abb. in d. cap. cum olim. 1

9 Octauò põt interponere auctoritatem in permutatione beneficiorum, ſi eorum collatio ſpectabat ad Epiſcopum, & Capitulum communiter; ſecùs, ſi ad ſolum Epiſcopum, glof. in clem. vnica, de rer. permut. quæ communiter approbatur à Doct. in d. cap. cum olim. 1

Nonò poteſt recipere reſignationem beneficio-

Digitized by Google

10 ciorum, quorum collatio communiter ad Epis-
copum, & Capitulum spectabat, iuxtà capit.
primo ne sede vacante in 6. Ita magis commu-
niter Docto. in dict. cap. cùm olim, Paris. qui
latius distinguit in tract. de resignat. benef. quæst.
23. lib. 8.

11 X. Potest absoluere à sentent. excomm. quos-
cunque quos poterat absoluere Episcopus, cap.
1. de maior. & obed. in 6. & propterea potest de-
putare pœnitentiarium, Pauin. d. par. 1. q. 5. Item
poterit commutare vota, Fed. de Sen. conf. 40.

12 XI Potest confirmare electiones, quas confir-
mabat Episcopus d. cap. cùm olim, de maior. &
obed. Amplia, etiam si Capitulum haberet eligere,
& Episcopus confirmare; quia eliget iure ca-
pitulari, & confirmabit iure Episcopali, glos. no.
in cap. pen. de supplen. negligen. Prælat. in 6. in
verb. debebit, & ibi Archid. & Dominic. Felyn.
d. cap. cùm olim.

13 XII Potest instituere præsentatos à patrono, c.
1. de instit. in 6.

XIII Potest facere statuta, concernentia totam
14 diœcesim, Feder. de Sen. conf. 16. & talia statu-
ta etiam durãt in tempore futuri Prælati, qui po-
steà poterit illa statuta reuocare, Abb. in d. cap.
cùm olim, q. 7. licèt Felyn. in cap. cum omnes,
de constit. teneat non posse fieri talia statuta, nisi
in necessitate; & malè. cùm potestas statuendi
depen-

Digitized by Google

dependeat à iurisdictione, Abb. in cap. quanto, de consuet. Amplia, vt etiam possit reuocare statuta Episcoporum, Dominic. in cap. 1. de maior. & obed. in 6. Pauin. d. par. 1. q. 6. Statutum verò in præiudicium Ecclesiæ, vel Episcopi facere nõ potest, omnes in d. cap. cum omnes, de constitut.

XIV De iure antiquo potest concedere dimis-
15 sorias, cap. cùm nullus, de temp. ord. in 6. tamen post Conc. Trid. prohibetur concedere d. dimissorias sub pœna interdicti, & amissionis priuilegij clericalis respectu ordinati, cap. 10. sess. 7. de refor, ita quod taliter ordinatus non poterit habere beneficia, Nauar. cons. 28. de temporibus ordinat. cùm habere beneficium sit priuilegiũ clericorum, cap. ex literis, de translatio. cap. 2. de instit. Poterit tamen habere, antequam priuetur, quia Concilium vtitur illo verbo, Gaudeat. Neo etiam ad primam tonsuram potest concedere dimissorias; quia est ordo secundum canonistas, c. cùm contingat, de ætate, & qualitate, vbi Doct.

Declara primò, vt possit etiam post annum, à die vacationis concedere dimissorias, d. cap. 10. vbi solùm prohibetur infra annum.

Declara secundò, vt possit etiam intra annum stante necessitate beneficij, requirentis ordinem d. cap. 10.

Declara tertiò, vt possit approbare de vita, & moribus habentes priuilegium à Summo Ponti-

Digitized by Google

fice recipiendi ordines à quouis Antistite, cum approbatione ordinarij, de vita, & moribus; quia ista approbatio non est concedere dimissorias, & capitulum dicitur Ordinarius, gloss. in cap. 2. nè prælati vices suas, Card. in clem. statutũ, de electio. num. 9. Pauinus d. par. 1. q. 2. & ita tenet Nauar. in cons. 27. num. 3. de rempor. ordinat.

16 XV Potest capitulum dare licentiã clerico eundi ad studium, Docto. in d. cap. cum olim, sed hodie post Conc. Trid. in Canonicatibus, Parochijs, & alijs beneficijs, requirentibus residentiam, requitur licentia Summi Pontificis. Item potest dare licentiam Episcopo exercendi iurisdictionẽ in sua Diœcesi, Bonifac. & alij in Clem. 1. de foro compet.

17 XVI Potest cognoscere de causis matrimonialibus, cap. veniens, de eo, qui dux. in matr. & c. significauit, de conuers. coniug. Pauin. par. 1. q. 10. Nec obstat Conc. Trident. cap. 20. sess. 24. vbi voluit causas matrimoniales relinqui examini, & iurisdictioni solius Episcopi, non aliorum Prælatorum inferiorum; nam Concil. non prohibet tractari dictas causas, etiam ab inferioribus, qñ ipsis competunt ex priuilegio, consuetudine, vel præscriptione, vel alias de iure, Nauar. cons. 1. de offic. deleg. quibus non derogat, & capitulum non dicitur inferior; sed par Episcopo, vt supra dixi, ex Felyn. in d. cap. cùm olim, num. 4.

Potest

18 XVII Potest ex causa destituere beneficiatos beneficijs, omnes in d.cap.cum olim.

XVIII Potest cognoscere de crimine hæresis;
19 debet tamen in specie constituere delegatum ad iudican. hæreticos, clem. 1. de hæret. vbi Card. num. 9. dicit, quòd talis Delegatus non sufficit, quòd sit Vicarius capituli; nisi habeat speciale mandatum à Capitulo. & quando cognoscit, non potest vti carceribus capituli, aliàs habentis iurisdictionem; sed carceribus Episcopi, glos. in d. clem. 1. de hæret.

XIX Potest commendare Ecclesias ad tempus,
20 etiam si earum collatio pertineat ad Episcopum tantùm, Io. Andr. in c. 1. ne sede vac. in 6. Abb. & alij communiter in d.cap.cùm olim, de maior. & obed. sed in Regno Camera statim accipit possessionem.

XX Non potest conferre beneficia ad solius
21 Episcopi collationē spectantia, Episcopo mortuo, vel suspenso, aut agente in remotis, d.c.illa, de sede vacant. neque spectantia ad Episcopum, cum consilio, uel cum cōsensu capituli; nisi periculum esset in mora; quia Episcopus suspensus non peteret absolutionem; neque spectantia ad alium, cum cons. Episcopi, cap. 1. §. cum uerò, & §. fin. de sed. uac. in 6. neq; spectantia ad alium cum consensu Episcopi, nisi talis consensus esset solùm præstandus ad Episcopo, ratione iurisdi-

Digitized by Google

ctionis Episcopalis, vt in concessione iuris patr. de quo in cap. quod autem, cap. nullus, & cap. illud de iure patr. Pauin. 2. par. q. 1. in fine. Amplia, vt neque beneficia spectantia ad Episcopum iur. de- uoluto per cap. illa, nè sed. vac. qui tex. gene- raliter loquitur iunctis his, quæ dicit Abb. & Fel. in d. cap. cùm olim, idem Felyn. latius in d. cap. verùm, de foro competent. & licet ista quæstio sit difficillima, iuxtà Pauin. in 2. par. q. 2. tamen, hæc opinio verior est, limita in beneficiis, quæ spectant communiter ad collationem Episcopi, & Capituli, quia vno ipsorum deficiente, vel in- habili existente alter confert d. cap. 1. idem quā- do capitulum confert cum consensu Episcopi d. cap. 1. ne sed. vac. in 6. latè Pauin. d. p. 2. q. 1. non te lateat, quòd omnia benefitia vacantia, sede Episcopali vacante sunt reseruata Summo Pont. illa tamen, quæ spectant ad collationem electio- nem præsentationem, & aliam dispositionem eo- rundem Episcoporum ex bulla Pij V. incip. San- ctissimus in Christo pater de anno 1567. vnde non comprehenduntur beneficia communiter ad Episcopum, & capitulum, vel capitulum so- lum, & quando Papa hoc voluit expressit sicut in regula de alternatiua Sanctissimus D. N. Cle- mens VIII. fecit.

22 XXI Quamuis capitulum non possit alienare bona Ecclesiæ vacantis, cap. si qua 12. q. 2. pote-

rit

Digitized by Google

rit tamen interponere auctoritatem Eccleſiæ inferiori, volenti alienare Abb. in cap. cùm olim, de maior. & obed. poterit etiam alienare, ſtante neceſſitate ſemper res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, Abb. in cap. 1. ne ſed. vac. Pauin. 2. par. q. 8. per totum.

XXII Poteſt recipere pecuniam mutuò pro ne-
23 ceſſitate Eccleſiæ iuxta gloſſ. in cap. cupientes, §. ad hæc de elect. in 6. & ex tali mutuò obligatur Eccleſia, & ſucceſſor Pauin. d. par. 2. q. 8.

XXIII Capitulum non poteſt inſtituere præ-
24 bendam pœnitentialem, iux. cap. 8. ſeſſ. 24. de reformat. niſi in caſibus, in quibus poteſt conferre beneficia, quos ſupra diximus, Nauar. conſ. vnico, ne ſed. vac. & dicit Apoſtilla ad d. conſ. Nauar. Sacr. Congregationem cenſuiſſe electionem perſonæ Pœnitentiarij ſpectare ad Epiſcopum; collationem verò præbendæ eidem faciendam ab illo, ad quem collatio illius præbendæ ſpectabat.

XXIV Poteſt vnire omnia beneficia, quæ poto-
25 rat Epiſcopus; dūmodo nihil pereat de Epiſcopali iure, Lap. Imol. Card. in clemen. 1. de ſtatu monachorum, Petrus de Peruſio in tractatu de vnione, verſ. 6. quæritur, & diſſoluere vniones in caſibus, in quibus poterat Epiſcopus, Petrus de Per. de diuiſione vnionis, verſ. nunc videamus, Felyn. in d. cap. cùm olim, in fine; & iſta reuo-

catio

Digitized by Google

catio durat etiam creato nouo Episcopo, ex supradictis doct. Idem dicendum est in sectione præbendarum, iuxtà cap. vacante, de præbendis ex eisdem.

26 XXV Si ad Episcopum spectabat præsentatio ad aliquod beneficium; spectabit etiam ad capitulum in omnibus illis casibus, in quibus capitulum potest conferre, & non in alijs, ex identitate rationis, vt optimè probat Lamber. de iure patr. 1. par. 2. libri, art. 14. 2. q. princ. quamuis Speculator in tit. nè sede vacante teneat indistinctè, q sicut capitulum sed. vac. non potest conferre, ità nec præsentare; sed non recedas ab opinione Lāber. quæ est declaratiua opinionis speculatoris.

27 XXVI Sicut Episcopus motu proprio potest instituere patronum clericum in Ecclesia patronata, Hostien. & Io. And. in cap. per vestras, de iur. patron. eodem modo potest capitulum hoc facere, Panin. 2. par. q. 5. Lambert. de iure patro. in par. 1. libri an. 4. 8. q. principalis.

28 XXII Sicut consensus inferioris Episcopo, habentis iura Episcopalia, sufficit in translatione iur. pat. de vna persona in aliā, Rocchus de Curte, de iure patr. vers. pro eo, quod de diœcesani consensu in fine 3. quæst. Abb. in cons. 59. Lambert. de iur. patr. art. 5. p. q. princip. par. 2. primi libri sic etiam capituli; cùm succedat in iurisdictione Episcopali; quia, si potest consentire fun-

Digitized by Google

fundationi, & acquisitioni iurispatr. tantò magis traslationi, vt dicit Lambert. ibi.

XXVIII Capitulum non succedit in his, quæ
29 competunt Episcopo iure speciali, omnes in d. c. cùm olim; & ideo facultas doctorandi, concessa Episcopo, non transit in capitulum; cum de iure communi Episcopus non possit doctorare, gloss. Imol. Card. in clem. 2. de magistris, doct. in d. c. cum olim. Hinc infertur, quòd capitulum non potest cognoscere de causa delegata Episcopo, etiam incepta; sed expectatur successor, c. quoniam, Abb. de offic. delegati, Card. in clem. 1. de hæreticis, omnes in d. cap. cùm olim, Romanus cons. 406. Federic. cons. 130. & est communis. Hinc bene dixit Felyn. in cap. eam te, de rescrip. quòd Vicarius capituli non potest absoluere illum, cuius absolutionem Papa commisit Episcopo, vel eius Vicario; & capitulum in mandato facto Episcopo non succedit, etiam literis iam præsentatis, Butr. Imol. Felyn. in d. cap. eam te. Roma. cons. 606. vbi dixit se pluries consuluisse, q capitulum sed. vac. non succedit in potestate literarum executorialium, quæ dantur in personâ Episcopi; & conferunt potestatem, non concurrentem, cum potestate iuris communis, Felyn. d. cap. eam te, notabiliter.

30 Amplia etiam in iurisdictione Episcopo specialiter à iure delegata, vt in ea non succedat capitu-

Digitized by Google

pitulum; exemplum in cap. irrefragabili, de offi. ord. in cap. ad abolendam, de hæret. in clem. attendentes, de ſtatu monachorum, in clem. quia contingit, de religioſis domibus, & ſimilibus, Io. And. d. cap. ad abolendam, Card. in d. clem. attendentes, Abb. Felyn. & alij in d. cap. cùm olim, & ante eos Federic. d. conſ. 130. & conſ. 291. & eſt magis communis opinio, vt refert Pauin. par. 1. q. 10. Contrarium tenet Hoſtien. Card. & Io. Andr. Monach. in d. cap. ad abolendam, quòd talis iuriſdictio tranſeat in capitulum; quia non intelligitur delegata; ſed magis iuriſdict. ordinaria prorogata, quæ non expirat morte delegati, Pauin. in d. q. 10. ex mente Innoc. & Hoſtien. in d. cap. ad abolendam. Pro concordia, facit hanc diſtinctionem, quòd, ſi neceſſitas, vel vtilitas imminet, in tali iuriſdictione ſuccedat capitulum, alias non, quæ opinio verior eſt; prima tamen eſt communior.

31 Sed in poteſtate, competente Epiſcopo, ratione additamenti, ſuccedit capitulum; vt ſi ex cõſuetudine aliquid acquiſiuiſſet, Abbas in cap. cũ olim, facit, quòd, quando alicui diſpoſitioni fit additio, iudicatur de illa ſicut de princip. Card. in clem. ſtatutum, de electio. Ludouic conſ. 345. & hæc eſt veritas; quicquid dicat idem Abbas in cap. ſcriptum, de electio. & Felyn. in d. cap. cùm olim.

Quæ

Digitized by Google

XXIX Quæ sunt dignitatis Episcopi non transeunt in Capitulum Archidiac. in cap. 1. de pœnit. & remiss. probatur in cap. quoniam Abbas, de offic. delegat. hinc non succedit in priuilegijs, concessis dignitati Episcopali, quæ numerantur per glossam in cap. fin. de priuileg. in 6.

32

Hinc non potest concedere indulgentiã; quia, licèt dependeat à iurisdictione; est tamen iurisdictio concessa dignitati, cap. accedentibus, de excess. prælat. Hostien. in d. cap. 1. de pœnit. & hæc est veritas; quicquid alij dicant.

XXX Capitulum succedit Episcopo, etiam in his, quæ sunt ordinis Episcopalis, dummodo, quæ per se nõ potest, per vicinos Episcopos exercere faciat; cum protestatione tamen, q̃ per hoc non acquiratur aliquod ius ipsis Episcopis, cap. Pontifices, 7. q. 1. Abb. in cap. his, quæ, de maioritate & obed. Archidiac. Domin. & alij in cap. nullus, §. Episcopo de temporibus ordin. in 6. vbi volunt, quòd capitulum in potestate exercendi spiritualia succedit, etiam si requireretur speciale mandatum, Episcopo viuente, Idem Bald. in c. suffraganeum, de elect. Vnde poterit conuocare Episcopos, vt conficeretur Crisma, Oleum Catechumenorum, Oleum Infirmorum, consecrarentur Ecclesiæ, Altaria, Calices, Virgines; ita latè Pauin. d. tractatu par. 1. q. 3. Licentiam verò ordinandi suos subditos concedere non potest

33

Digitized by Google

post Conc. Trid. cap. 10. sess. 7. cum declarationibus tamen, de quibus suprà; potest tamen concedere licentiam Episcopo alieno ordinãdi suos subditos in sua diœcesi sedis vacantis.

XXXI Capitulum non succedit Episcopo in
34 emolumento, quod ex iurisdictione, sigillo Curiæ, vel alijs pertinebat ad Prælatum; sed talia emolumenta reseruãtur successori clem. statutum, de electione, qui tex. procedit etiam, quando bona sunt communia inter Prælatum, & Capitulum; dum tamen emolumentum iurisdictionis sit solius Episcopi, vel etiam commune, sed diuidi posset, Card. in d. clem. statutum; sed hodie in Regno emolumenta dantur Nuntio, ex quibus deducentur rationabiles impensæ, puta pro salario Vicarij, & aliorum officialium.

XXXII Capitulum nõ tenetur requirere coad-
35 iutorem, quem habebat Episcopus; & si Papa dedit administratorem, eius potestas expirat mortuo Episcopo, Felyn. in d. cap. cùm olim, de maioritate, & obedientia & ex his omnibus clarè patet capitulum posse omnia facere, quæ sibi expræsse nõ prohibentur; sed sufficiat retulisse has auctoritates, prout à doctoribus ponuntur.

Vltimò, pro complemento huius materiæ, ponam aliqua notabilia.

Primum, quòd sed. vacant. non agitatur cau-
36 sa Ecclesiæ, cap. fin. de sed. vac. etiam si esset cæ-

pta

Digitized by Google

pta ante vacationem, Innoc. & alij in d. cap. fin. etiam si non concernat plenum præiudicium Ecclesiæ vacantis; sed aliquale, Abbas in c. verũ, de foro compet. etiam in bonis communibus; nisi tractaretur de modico præiuditio, Abbas in cap. 2. de præscript. Felyn. in cap. edoceri, de rescrip. nisi capitulum litigaret, & tueretur iurisdictionẽ Episcopalem, vel eius exercitium, fortè super violatione interdicti, per Episcopum lati, vel esset causa, quæ absq; periculo differri non posset; vel causa, quæ commodius de sui natura venirot tractanda sed. vac. prout est causa electionis, vel in bonis separatis interprælatum, & capitulum; vel essemus in Ecclesiis inferioribus, in quibus mortuo Abbate, vel alio Prælato inferiore conuentus habet administrationem omnium bonorum, & pro ipsis agere, & constituere procuratorem, põt vt dicit Innoc. in c. cum dilectus, de cõsuetudine; dumtamen tractetur de modico præiudicio, ita Puteus decis. 449. lib. 1. Abb. in c. 1. de præscript. vel quando aliquis de capitulo ageret pro iuribus suæ dignitatis, deducens in consequentiam ius sedis tũc vacantis, quia potest agere Abb. in cap. cum olim, de maioritate & obedientia. Quas ampliationes, & limitationes ponit ferè omnes Felyn. in d. cap. edoceri, de rescript. Alia circa eandem materiã ponit Pauin. in 2. par. q. 9. quem vide; sed non recedas à supradictis.

Digitized by Google

Secundum.sede vac. contra Eccl. non currit
37 præscriptio,c.auditis,de præscrip.ipsa autem benè præscribere potest contrà alias, Hostien. in summa,nè sed. vacante,§. 1. sic etiam non currit præscriptio contrà Ecclesiã per totum tempus,
38 quo viuit Prælatus malè alienans, Innoc.in cap. cum ex literis,de restit. in integrum,per tex.in c. si sacerdos,16.q.3. Guid.Papa decis. 150, possunt tamen aliqui præscribere, sed. vacante,quòd ipsi exerceant iurisdictionem,iuxta adnotata in cap. generali, de elect.latè Pauin.sed nimis confusè in 9. q.primæ partis.

39 Tertium,gratię per mortem concedentis non expirant. cap. si super gratia, de offic. delegat.in 6. nisi fuerint reuocatæ per successorem; & clarè constet de reuocatione, & non per coniecturas, Card. in clem. fin. de elect. vnde non expirat, mortuo Episcopo,dimissoria ad ordines, nec licentia audiendi confessionem; nisi fuisset concessa ad beneplacitum, iux. cap. si gratiosè, de rescript. in 6. & licentia dispensandi non expirat per mortem Papæ, Nauar.cons. 1. de priuilegijs; casus autem reseruati expirant;quia solent reseruari ipsi Episcopo, qui mortuus est.

40 Hæc breuiter quoad hanc materiam posui,tãquã magis practicabilia, alia verò poteris videre per Pauin.in d. tract.de potest.capit. sed.vac.per Fely.& alios in d.c. cùm olim, de maio. & obed.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Archiepiscopus est Iudex ordinarius suorum suffraganeorum.

2 Archiepiscopus est Iudex vicariorum generalium suorum suffraganeorum, & quando.

3 Archiepiscopus compellit suffraganeum ad faciendum id, quod debet: & in eius negligentiam exercet ipse iurisdictionem in Prouincia, & ibi plura exempla.

4 Archiepiscopus an possit auocare causam à suffraganeo ante biennium, quando cum posset suffraganeus, non vult expedire carceratum.

5 Archiepiscopus non auocat causam à suffraganeo post biennium, quando ex dilatione partium est elapsum biennium, vel ex qualitate causæ.

6 Archiepiscopus potest excommunicare, & interdicere suffraganeum, & quando.

7 Archiepiscopus supplet negligentiam, sede vac. capituli Ecclesiæ suffraganeæ, si intra octo dies non eligit Vicarium, vel non idoneum, vbi quis dicatur Vicarius idoneus, remissiue.

8 Archiepiscopus cognoscit in causa appellationis inter subditos suffraganeorum, vbi latè.

9 Archiepiscopus cognoscit de tota causa pendente coram suffraganeo, si suffraganeus admisit friuolam appellationem, & quid si Vicarius?

10 Archiepiscopus visitat totam prouinciam, & quando, & tunc absoluit à censuris subditos suffraganeorum, & an possit cum eis dispensare.

11 Exer-

Digitized by Google

11 Exercet iurisdictionem in subditos suffraganeorum in concernentibus totam prouinciam.
12 Punit omnia crimina notoria in prouincia.
13 Punit iniuriantes sibi, nuncijs, & familiæ suæ in Prouincia.
14 Mittit quæstores per totam prouinciam pro fabrica Ecclesiæ, & alio opere pio.
15 Punit Canonicos sui suffraganei, cessantes à diuinis.
16 Mittit edictum per totam Prouinciam, & quando.
17 Concedit indulgentias in tota Prouincia.
18 Facit per totam Prouinciam ante se deferri Crucem.
19 Benedicit populo, celebrat in pontificalibus, & coram se celebrari facit, etiã post Conc. Trid. põt exercere.
20 Pontificalia in diœcesi suffraganei.
21 Interdicit prædicationem in tota prouincia, & quãdo.
22 Exulat à tota prouincia.
23 Vtitur Pallio, & quando.
24 Quid potest facere ante receptum pallium.
25 Cogit regulares in tota Prouinc. vt redeant ad sua monasteria, & quando.
26 Iniungit suffraganeis, vt seruari faciant, quod seruatur in eius diœcesi; & quando.
27 Vocat Episcopos ad Concilium Prouinciale.
28 Comprobat absentiam Episcopi in scriptis.
29 Compellit regulares ad celebrandum capitula prouinc.
30 Exercet iurisdictionem in tota prouincia stante consuetudine.
31 Dispensat cum subditis suffraganeorum; & quando.
32 Erigit seminarium in prouincia, & quando.

33 Ad

Digitized by Google

33 *Ad eius consecrationẽ dẽt cõcurrere oẽs suffraganei.*
34 *Vocat suffraganeos pro cõsacratione alterius suffrag.*
35 *Suffraganeus de nouo electus tenetur accedere ad visitandum ipsum metropolitanum.*
36 *Præstatur obedientia Metropol. à suffraganeis, tamq; patri, & corã ipso non deferunt Rochettum detectũ.*

CAPVT LXXXVI.

COngruum sanè est, quòd, dum vniuersam ferè Archiep. Curiæ praxim in libellum hunc collegi, de potestate Archiepiscop. aliqua dicam; & licèt multi varijs in locis multa scripserunt, ipse verò, quæ quotidie practicantur, & ad praxim conducibilia sunt, subnectam.

1 In primis Archiepiscopus est Iudex ordinarius suorum suffraganeorum, ità ut quicunq; habeat actionem contrà Episcopum, potest illum conuenire coram Archiepiscopo; cap. cognouimus, 10. q. 5. Abbas in cap. pastoralis, de offic. Ordinarij, & ibi alij; quod intellige in ciuilibus; sed in criminalibus secus, quia de delictis maioribus depositione dignis cognoscit solus Papa, de minimis Concilium Prouinciale; Conc. Trid. c. 3. sess. 24.

2 Secundò, Archiepiscopus est Iudex Vicariorum generalium suorum suffraganeorum, quando

Digitized by Google

do tamen delinquunt in officio, nempè, si proferant sententiam per gratiam, vel sordes; si excõmunicent sine scriptis, & absq; trina monitione, iux.cap.sacro, de sententia excommunicationis, & cap.1.eod.tit.in 6.secùs,si extrà officium,Dominicus, Franchus, & alij in cap.1.§. fin. de foro compet. in 6. per textum, Clarum, in cap. 1. de offic. Vicarij, in 6.

3 Tertiò,Archiepisc. potest compellere Episcopum ad faciendum id, quòd debet Abb. in c. si quis contrà clericum, de foro compet. nu. 40. Felyn.in cap. pastoralis,de offic.ordin.Hinc poterit compellere Episcopum ad faciendum synodus quot annis,c.sicut,de accusat.& ex Conc. Trid.c.18.sess. 23. de refor. Archiepiscopus cogit Episcopum negligentem in electione seminarij;poterit ẽt cõpellere Episcopum, vt constituat sibi Vicarium, quem tenetur habere Episc. Abb.in cap.quoniam, de offic. ordinar. Iacobus Sbrottius, de officio vicarij, lib.1.q.57. Felynus tamen in d.cap. quoniam, dicit Episcopum non teneri sibi constituere Vicarium, maximè,quando Episcopus est idoneus ad regendum; sed non recedendum à prima opinione, & communi obseruantia. Item coget Episcopum, vt constituat æconomum, cap. in noua, 16.q.7.& cap. cùm simus,9.q. 3. coget Episcopum, vt constituat Archipresbyterum ruralem,iuxtà cap.fin.de offic.

Ar-

Digitized by Google

Archipresbyt. & sic de similibus.

Tertiò per negligentiam Episcopi circa id, quod facere debet, deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, cap. cum simus, 9. q. 3. cap. 1. §. notoria, de cens. in 6. in ratione decidendi, & est communis, de qua testatur Felyn. in d. cap. pastoralis, de offic. Ordin. num. 6. dicens sic tenere vniuersum mundum, quamuis Abbas in cap. si quis contrà clericum, de foro competen. teneat contrariam opinionem; nisi in duobus casibus, primus in absolutione ab excommunicatione, à qua, si noluerit absoluere suffraganeus, absoluet Archiepiscopus, cap. ad reprimendam, de offic. Ordin. secundus, in correctione criminum notoriorũ, iuxtà cap. 1. §. notoria, de cens. in 6. cui respondet Felyn. vbi supra. Sed non recedendo à communi opinione, infertur, quòd, si Episcopus noluerit instituere præsentatum, ipsum instituet Archiepiscopus, Abb. in cap. ex parte, de concess. præbendæ; & in beneficijs curatis debet instituere infrà duos menses; aliàs patroni possunt adire Archiepiscopum, vel Papam, siue viciniorem Episcopum, qui instituet ex bulla Pij V. In conferendis. Hinc, Episcopo negligente in executione vltimæ voluntatis, exequetur Archiepiscopus, Abb. in d. cap. pastoralis, absoluit quę non vult absoluere Episcopus, d. c. ad reprimendam; & dicit Borgasius de irregular. in 2. parte

Digitized by Google

principali, in princ. quæ sit causa dispensationis, quòd, Episcopo denegante dispensationem, quãdo est debita, potest Archiepiscopus dispensare, dicitur autem debita ratione personæ, ætatis, loci, temporis, pietatis, necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ; textus notab. in cap. vt constituerentur, & cap. Domino nostro, dist. 50. latè Rebuf. in praxi de dispensatione ad plura beneficia nu. 8. Hinc, Episcopo negligente terminare lites infrà biennium, Archiepiscopus potest ad instantiam partium assumere causam, & ab Episcopo auocare, vt in Conc. Trid. cap. 20. sess. 24. de reform. Sed difficultas est si causa criminalis ante biennium est in expeditione, & inquisitus repe-
4 ritur in carceribus, qui instat expediri, & Episcopus non est occupatus aliis negotijs, sed posset illius causam expedire, an possit auocari causa ab eo, ob denegatam iustitiam, & expeditionem causæ ante biennium? Et de iure communi non est dubium, quòd potest appellari ad Archiepiscopum ob tarditatem, & denegatam iustitiam, vt dicunt Ioan. Andr. in cap. dilecto, de appell. Abb. Franch. in cap. ex parte, el 2. eodem tit. Felyn. in d. cap. pastoralis, qui præfiget terminũ ad expediendum; aliàs ipse expediet. In Curia verò Archiepiscopali Neapolitana adest ritus decimus, in quo expresse habetur, q̃ ob denegatam iustitiam à suffraganeo, cognoscit ipsa Curia

ria Archiepiscopalis; & idem videtur dicendum post Concilium Tridentinum, cuius intentio nō fuit, vt hac occasione Episcopi vexarent subditos carceribus; carcer enim semper grauat, Baldus in l. 2. C. de Episcopis, & clericis, & in l. fin. C. sententias rescindi non posse, Abbas, & alij in c. d. cap. ex parte, de appell. Non obstat, quòd Concilium prohibet ex quauis causa auocari ante biennium; quia debet intelligi, dummodo partibus non inferatur grauamen, vt in fortiori casu dixit textus in c. pastoralis, de appell. quòd per clausulā, Appellatione remota, censetur remota etiam appellatio legitima; dummodo appellanti non inferatur grauamen; quia, tunc poterit per superiorem emendari; & ità puto de iure verius; sed in foro exteriori difficile esset obtinere; caueat tamen suffraganeus; quia saltèm in foro conscientiæ non euitabit excommunicationem can. si quis suadente, 17. q. 4. propter iniustam clerici carcerationem, iux. cap. si clericos, de sententia excommunicationis in 6. & ibi notata per Geminianum, & Franch. & non potest negari iniuste detineri clericum carceratum, cū possit causa expediri, & non expediatur. Sed quid, si ex dilatione per partes data, non ex defectu Iudicis, causa non fuerit expedita, an possit auocari lapso biennio? Et videtur, quòd sic, ex Alberico in l. 1. C. vt omnes Iudices, tàm ciuil.

Digitized by Google

quàm crim. propter illam dictionem, Omninò, positam in Concilio, sequitur Vinc. de Franch. plura adducens, decis. 250. Capicius decis. 111. qui loquuntur in terminis, l. properandum, C. de Iudiciis, & l. final. C. vt intra certum tempus. Nihilominus Sacra Congregatio censuit contrarium, quòd scilicet, si per ipsum Iudicem non stetit expedire causam intra biennium, ob qualitatẽ causæ, vel partium cauillationem, non potest causa auocari à superiore, ex textu notabili vbi Abbas, & alij in cap. venerabilis, de iudiciis. Non tamen potest Archiepiscopus supplere negligentiam Episcopi exempti, cap. nullus, de iure patronatus, in quo textu ille Episcopus erat exemptus, nec negligentiam Episcopi, non conferentis beneficia intra sex menses, quia primò ad Capitulum, posteà ad ipsum Archiepiscopum spectaret collatio, cap. 2. de concess. præbendæ.

6 Quartò, potest Archiepiscopus in casibus, in quibus Episcopi tenentur ipsi obedire, illos excommunicare, suspendere, & interdicere, cap. 1. §. fin. de offic. Ordinarij in 6. & est communis opinio Doctorum. Amplia etiam in Vicario Archiepiscopi, vt possit suffraganeum suspẽdere, interdicere, & excommunicare; sed absente Archiepiscopo, non præsente, d. §. fin. nisi Episcopus non fuerit consecratus; quia tunc à Vicario præsente Archiepiscopo excommunicari poterit,

Digitized by Google

terit; Archid. Dominicus, & Franchus in d. fi-
nal. si autem Vicarius præsente Archiepiscopo
excommunicauerit suffraganeum consecratum,
tenet excommunicatio, sed Vicarius erit puniẽ- 7
dus. Declarã, vt in coercione suffraganeorum
debeat Archiepiscopus seruare formam cap. 2.
de offic. delegati in 6. quia primò debet prohibe-
re ingressum Ecclesiæ, vel sacerdotale ministe-
rium interdicere, deinde q poterit suspendere ab
officio, vltimo loco excommunicare, & ita seruai
ri debet, licet Episcopus adhuc non fuerit consu-
cratus, secundum Io. Andr. & Dominic. in d. cap.
2. si tamen tanta esset proteruitas, & contuma-
cia ipsius Episcopi, vt aliter fieri suaderet, vt quia
contumelioſa verba in Iudicem proferat, non est
seruanda forma dicti cap. vt in cap. 2. in fine, & 8
ibi Glossa. & si excommunicatio in suffraganeũ
esset lata contrà talem formam, teneret, vt ibi q
doctores in d. cap. 2. sed post Conc. Trid. cap. 3.
sess. 25. de refor. excommunicatio est facienda
in subsidium; & primò procedendum ad pœnas
pecuniarias, & ita seruat Curia Archiepiscopalis
Neap. quando inhibet suffraganeis in causa ap-
peltationis, quia primò apponit pœnam pecunia-
riam, & in subsidium alias censuras. Item notan-
dum, quòd, quando in iure reperitur expres-
sum, quòd Episcopus suspendatur ob aliquam
causam, talis suspensio fiet ab Archiepiscopo,

eius

eius superiore, Abb. & Maria. Sdcin. in cap. postulasti, de clerico excommunicato ministrante iux. d. cap. postulasti, & alia iura.

7 Quartò, Archiepiscopus supplet negligentiã capituli, sede vacante, si non eligit Vicarium infrà octo dies, vel non idoneum, vt in Conc. Trid. sess. 24. de refor. cap. 16. de qualitate Vicarij, & potestate, vide sup. in cap. 84.

Sextò, Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum, in casibus tantum in iure expressis, cap. pastoralis, de offic. ordinarij; Idem in similibus; quia dictio, tantum, non excludit casus similes l. obres, C. de prædijs minorum. Ità notabiliter Felyn. in cap. pastoralis, de rescriptis, num. 3.

8 Septimò, Archiepiscopus cognoscit in causâ appellationis inter subditos suffraganeorum, d. c. pastoralis, de offic. Ordin. & toto tit. de appell. Amplia, vt Archiepiscopus possit cognoscere, etiam inter illos, qui se sponte offerunt liti super illa re, de qua est appellatum; non autem inter eos inuitos, Geminianus, & Franchus in c. Romana, in alium, de appell. in 6. Amplia 2. quòd, si est appellatũ à Papa ab vna parte, & ab alia ad Archiepiscopum, qui ignorat appellatum fuisse ad Papam, si ratione contumaciæ excommunicauit, tenet excommunicatio, cap. si duobus, de appellationibus, aliàs, si sciat Archiepiscopus

fuisse

Digitized by Google

fuisse appellatum ad Papam, non potest se intromittere, d. cap. si duobus, vbi Glosa, & cap. sollicitudinem de appellationibus, nisi in tribus casibus; primus, vbi notorie constat appellantem ad Papam fuisse iniuste condemnatum, & excõmunicatum; tunc Archiepiscopus potest adire non obstante appellatione, & ab eo impetrari absolutio, text. notab. in d. cap. sollicitudinem, vbi Card. Alexan. & potest absolui ad cautelã præstita cautione, absq; causæ cognitione, iux. eundem Card. ibi.

Secundus casus est, quando Archiepiscopus adiretur circa causam, de qua est appellatũ, Verùm illud, super quo adiretur, non respiceret ipsam causam appellationis, nec præiudicaret appellationi, d. cap. sollicitudinem, tertius casus est, vbi cunq; appellans renunciasset appellationi, Expresse, vel tacitè prosequendo eam coram Archiepiscopo absque protestatione dict. cap. sollicitudinem. Amplia, vt possit appellari ad Archiepiscopum, etiam in causa delegata Episcopo a Papa, in qua potest Episcopus procedere iure ordinario textus notab. in c. licet in corrigendis, de offic. ordinar; quia tunc Papa censetur excitare iurisdictionem ordinariam, non delegare, nisi in rescripto dicat procedas authoritate nostra, vel aliquid addat, vel detrahat potestati ordinariæ, iux. late tradita per Felyn.

in d.

Digitized by Google

in d. cap. licet. Amplia quarto, ex Sacr. Congr. vt in casibus, in quibus prohibetur appellatio à Conc. vt in casu correctionis, visitationis, & alijs intelligitur prohibita quoad effectum suspensiuum, non deuolutiuum. Declara primò, vt per appellationem deuoluatur iurisdictio ad Archiepiscopum quoad partes, non quoad alios, & ideo in compulsione aliorum subditorum recurrendum est ad Episcopum, Abb. in cap. pastoralis, de offic. Ordin. num. 12. Vnde non potest Archiepiscopus compellere subditos Episcopi ad perhibendum testimonium in causa appellationis, nisi aliud sit de consuetudine, text. & Glos. in cap. Romana, §. verum, de foro competenti, in 6. Quod, si Episcopus nollet compellere, tunc posset Archiepiscopus, iuxt opin. Hostien. in d. c. pastoralis. Limita 2. vt à Delegato Episcopi non appelletur ad Archiepiscopum, sed ad Episcopum delegantem. Franch. in cap. dilectus, el 3. de appellat. & est communis, nisi Episcopus delegaret causas in fraudem, vt non appellaretur ad Archiepiscopum, Abb. & Franch. in d. c. dilectus, Domin. in cap. Romana, in princip. de appell. in 6. in quibus locis concludunt Doctores, quòd valeret sententia excommunicationis in forma constitutionis, lata per Archiepiscopũ contrà suffraganeos huiusmodi fraudes committentes; fraus autem probabitur per coniecturas,

Digitized by Google

&turas, cap. 1. & 2. de renunciat. in 6. l. dolum, C. de dolo, Franch. loco citato. Item à delegato iudicis Ordinarij recusati appellatur ad ipsum Ordinarium recusatum, nõ vt causam discutiat; sed vt alteri finiendam committat, Abb. in cap. si quis contra clericum, de foro competen. contra Hostien. Specul. Io. Andr. & alios tenentes in tali casu ad Archiepiscopum esse appellandum, quorum opinionem communem esse, dicit Carauita ritu 265. Limita 3. in causis Sanctæ fidei in quibus appellatur ad Papam propter grauitatem negotiorum, vt dicit Pegna in 3. parte directorij Inquisitorum, comentario 31. Limita 4. vt Archiepiscopus non possit cognoscere de nullitate sententiæ, inter subditos suffraganeorum, absq; appellatione, ex quo dicere de nullitate, est adire Iudicem per viam quærelæ, l. 1. C. de accusat. sed Archiepiscopus non potest adiri per viam quærelæ, cap. 1. de officio legati. Ità Franchus in cap. dilecto, de appell. q. 27. num. 67. Felyn. & Decius in cap. in literis, de offic. Delegati, Couar. lib. practicarum quæst. cap. 9. Limita vltimo iux. cap. Romana, §. ab Archidiaconis, de appell. in 6. vbi ab inferioribus appellatur ad Episcopum, non ad Archiepiscopum; nisi in casibus ibi notatis per Geminianum, & alios. Notandum est autem in hac materia appellationis, q̃ Episcopus recusatus suspectus potest remitte-

Digitized by Google

re cauſam ad Archiepiſcopum, cap. cum ſpeciali, de appellat. vbi Abbas, Franch. Card. Alex. Item notandum, quòd Archiepiſcopus non poteſt ſibi conſtituere officiales in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum, etiam pro futuris cauſis, per appellationem deuoluendis ad ipſum; niſi de conſuetudine hoc habeat; & tunc tales officiales inhibere non poſſunt, priuſquam fuerit appellatum, cap. 1. in princip. de offic. Ordinarj in 6. neque poteſt compellere ſubditum ſuffraganei ad ſuſcipiendam commiſſionem appellationis, c. 1. de foro compet. in 6. Poterit tamen, ſecundũ Hoſtien. in d. cap. 1. cuius opinionem veriorem putat Imola ibi, compellere Epiſcopum, vel aſſignare terminum Epiſc. vt cogat ſubditum ad ſuſcipiendam commiſſionem, aliàs ipſe Archiepiſcopus compellet, quòd maximè procedit, inx. Dominic. in d. cap. 1. tenendo opinionem, q. per negligẽtiam Epiſcopi deuoluatur iuriſdictio ad Archiepiſcopum. Poterit etiam Archiepiſcopus in ſua diœceſi deputare officiales, qui cognoſcant de cauſis, deuoluendis ad ipſum per appellationem à ſententijs ſuffraganeorum, vt notabiliter dicit Felyn. in cap. paſtoralis, §. quoniam, de reſcriptis, num. 1. Item notandum, quòd Archiepiſcopus cauſas, quæ per appellationem, vel alio iure Metropolitico, ad ipſum deferuntur non poteſt audire, ſeu committere alibi, quàm in ſua

Ciui-

Digitized by Google

Ciuitate, vel Diœceſi, aut in locis, in quibus appellatum fuit, vel cauſæ ipſæ cõſiſtunt; niſi aliud ſibi competat de conſuetudine, cap. vt litigantes de offic. Ordinarij in 6. Alia in materia appellationis vide ſup. in cap. 69.

9 Octauò, ſi Epiſcopus admiſit friuolam appellationem, deciſio totius cauſæ deuoluitur ad Archiepiſcopum, cap. cum appellationibus, de appell. in 6. quòd procedit, quando Epiſcopus admiſit friuolam appellationem, ſecus ſi eius Vicarius, qui non poteſt illam admittere ſine ſpeciali mandato Epiſc. aliàs delatio huius friuolæ appellationis facta per Vicarium non dat iuriſdictionem Archiepiſcopo, vt optime dicit, & probat Ioan. Baptiſta Ferrettus in conſ. 307. nam Vicarius non poteſt prejudicare Epiſcopo in iuriſdictione, Gemin. & Franch. in cap. Romana in principio de foro compet. in 6. vbi dicunt, quòd cum in illo textu dicatur, quòd Archiepiſcopus non poteſt adiri per viam quærelæ à ſubditis ſuffraganeorum ſine conſenſu ipſorum ſuffraganeorum non ſufficeret conſenſus vicariorum. Hinc Vicarius Epiſcopi non præiudicat Epiſcopo in inſtitutione preſentati ſi aſſerat beneficium eſſe de iure patronatus, & non ſpectare ad collationem Epiſcopi, Maſcardus, de probat. concl. 909. qui dicit ita bis fuiſſe in Rota iudicatum.

10 Nonò Archiepiſcopus cauſa cognita in Con-

Digitized by Google

cilio Prouinciali potest visitare totam prouinciã, visitata prius sua diœcesi, vt in Conc. Trid. cap. 3. sess. 24. de refor. & si concurrit cum Episcopo ambo admittuntur nisi Ecclesia nõ posset vtriq; præstare procurationem, quia tunc præfertur Archiepiscopus, Domin. & Franchus in c. 1. de cens. in 6. & quando Archiepiscopus visitat prouinciam potest audire confessiones subditorum suffraganeorum, & ipsos absoluere, cap. fin. de cens. in 6. & eo tempore poterit absoluere à casibus reseruatis Episcopo, Henriquez, de sacra. ordinis, cap. 3. §. 3. qui dicit posse Archiepiscopum dicto tempore absoluere à censuris in vtroque foro, & delegare alteri potestatem absoluendi, extra verò visitationem, neque potest subditos suffraganeorum absoluere ab excommunicatione minori, Doctores in d. cap. final. de censibus. in 6. Syl. in verbo Archiepisc., §. 5. sed verior opinio est, quòd in visitatione poterit solum absoluere, à peccatis in foro conscientiæ, Ant. Abb. in cap. ad extirpandas de filijs presbyterorum, poterit etiam dispensare, quando ipse est Iudex in visitatione gen. in notorijs, iuxt. cap. 1. §. sanè, de censibus in 6. de quo latè per Marianum, Socin. de visitatione, lib. 7. q. 5. & in casibus in quibus potest iudicare subditos suffraganeorum potest cum ipsis dispensare, vt dicit Felyn. in cap. pastoralis, de offic. ord.

De-

Digitized by Google

11 Decima authoritas, Archiepiſcopus poteſt exercere iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum in concernentibus totam prouinciam puta in tollendo prauam conſuetudinem à tota prouincia, cap. ex frequentibus, de inſtitutionibus, cap. in tantum, de ſimonia, cap. ad extirpandas, cap. fin. de filijs presbyt. Abb. in cap. paſtoralis, de offic. ordinarij, & in d. cap. ex frequentibus dummodo peccatum ſit vniuerſale non particulare, Hoſt. in cap. 1. de ſupplenda negligentia Prælatorum in 6. & in d. cap. ad extirpandas, vbi dicit, quòd communi vitio Prouinciæ Archiepiſcopus eſt Iudex, Ant. Abb. in d. cap. ad extirpandas.

12 XI Authoritas notabilis eſt, quòd Archiepiſcopus poteſt in tota prouincia punire omnia crimina notoria ſubditorum ſuffraganeorum, cap. 1. §. notoria de cenſibus in 6. qui textus licet loquatur tempore viſitationis tamen à doctoribus communiter extenditur, vt procedat etiam extra viſitationem in omni tempore, Abbas in d. c. ex frequentibus, nu. 10. qui teſtatur de communi opinione Doctorum, quod eſt intelligendum dummodo Epiſcopus non præuenerit in puniendo.

13 XII Authoritas eſt, quia Archiepiſcopus poteſt punire ſubditos ſuffraganeorum in ſua prouincia notorios iniurantes ſibi nuncijs, & familiæ ſuæ,

cap.

Digitized by Google

cap. 1. de pœnis in 6. ex quo textu collig. alius casus, quando impeditur eius iurisdictio.

XIII Authoritas est, quòd potest Archiepiscopus mittere quæstores per totam prouinciã, pro
14 fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ, cap. 1. de pœnitentijs in 6. & etiam pro quolibet opere pro Franchus, & Geminianus in dicto cap. 1. neque obstat Conc. Trid. sess. 21. cap. 11. de reformat. quo tollũtur eleæmosinarum quæstores, quia loquitur de prauis quæstoribus, qui quærunt eleæmosinam prædicando, vel publicando indulgẽtias, iux. cap. cum ex eo, de pœnit. & clement. abusionibus eodem tit. Nauar. cons. 33. de pœnit. tales enim reputantur quæstores, qui donant imagines, Cruces, & alia pro extorquendis eleæmosinis, qui in Curia Archiepiscopali acriter puniuntur, etiam si sint laici, cum delictum sit Ecclesiasticum, potest autem suffraganeus examinare literas Metropolitani, d. clem. abusionibus, sed non impedire malitiosè, aliàs posset puniri, vt dicunt Bonifacius, & alij in d. clem.

XIV Authoritas est, quòd Archiepiscopus tã-
15 quam Apostolicę sedis delegatus punit Canonicos sui suffraganei cessantes à diuinis ad quærelã ipsius suffraganei, cap. irreffragabili, §. ceterum, de offic. Ordinarij.

16 XV Authoritas est, quod Archiepiscopus põt mittere edictum per totam prouinciam in casi-

bus

Digitized by Google

bus ad ſuam iuriſdictionem pertinentibus, Geminian. & Franch. in cap. 1. per illum textum, de ſuppl. negl. Prælat. in 6.

XVI Authoritas eſt, quòd Archiepiſcopus po-
17 teſt in ſua prouincia concedere indulgentias, c. noſtro, de pœnit. & remiſſ. cap. 1. eodem tit. in 6. Imò ſecundum Burgaſium, de irregular. parte octaua, tit. de diſpenſatione Archiepiſcoporum, Archiepiſ. in quinq; caſibus habet iuriſdictionem in pœnitentialibus, in ſubditos ſuffraganeorum. primus, dum viſitat, vt ſup. dixi, ſecundus, quando concedit indulgentias, vt etiam ſup. dixi. tertius, quando Epiſcopus eſt ſuſpenſus ad tempus, & eſſet opus diſpenſatione pro magno bono faciendo, vel ſcandalo vitando diſpenſabit Archiepiſc. ex quo in tali caſu capitulum non ſuccedit Epiſcopo, vt notatur in cap. graue, & ibi Abb. de præbend. quartus vbicumq; ſuffraganeus ex culpa ſua ius diſpẽſandi perdidit, vt notatur in c. diuerſis fallacijs, de clericis coniugatis. quintus, quando Epiſcopus non vult diſpenſare, & diſpẽſatio eſt debita, vt dixi.

XVII Authoritas eſt, quòd Archiepiſcopus po-
18 teſt per totam prouinciam in quolibet loco etiã exempto ante ſe facere deferri Crucem, benedicere populo, audire publicè, vel priuatim diuina officia, celebrare in pontificalibus, & coram ſe celebrari facere ſine tamen pontificalibus, clem.

Ar-

